



1. Budder's Joh. Franc. Epistola in nocentiam quorundam Ministrorum Ecclesie in Silesia vindicandam spectans. 1723.
2. Bücher's Christ. Friedr. theses orthodoxae 1702.
3. Chladeny's Mart. J. diff. System deo maxiam ex consilio Gamahelis cavendam, Wittenb. 1718.

39.

2. D. B. V.
A Λ O Γ A
GENTILIVM
SACRA,

DISSERTATIONE QVONDAM ACADEMICA

NOTATA,

DENVO, CVM ACCESSIONIBVS,

RECENSVIT

CHRISTOPH. HENR. ZEIBICHIVS. D.

I L E B V R G I,

IMPENSIS AC TYPIS IO. FR. BERGEMANNI, TYPOGR. SENAT.

A. R. S. clb 10cc xxii.





A Λ Ο Γ Α.
GENTILIVM SACRA.

Qui suo cum tempore *iudicium rationis generale* dixerat *impedimentum, quod nostrae cum Calvinianis unioni obset,* δουατος quondam εν Ιασις γεα Φαις I. B. Carpzovius, *Disp. Acad. p. 1028.* miserandam nunc saeculi conditionem deploraturus esset, siquidem videret, a multis, etiam recte credentium coetui, ut videri volunt, associatis, rationi nimium saepe indulgeri, maiusque adeo hinc inde peculio Seruatoris, quam pro sententia multorum, imminere periculum. Non facile id agunt per plures, ut, cum *Baelio,* concordiae Fidei ac Rationis, quam *Iaque lotus* ediderat, oblocuturi, minus, quam par erat, huic tribuere velint; *Reponses aux Quest. d'un Provincial, T. III. p. 638. sq. 1014. sq.* Multis scilicet simplex nimium Religio, aliis verbum, in fontibus minimum, emendandum, Ministerium, status omnium, cui insultent, maxime idoneus, zelus ac feruor pro veritate, paene abolendus, piorum, veterum imprimis, Theologorum placita (si vel prorsus Symbolica sint) vix amplius nominanda, immo, ipsissima salutis media videntur talia, ut eleuare eadem varie, hominum contra captare beneuolentiam, violare impune, et cum ludibrio, praecepta Dei praecipua, modo hanc commode sic possint transigere vitam, non licere modo, sed prorsus gloriosum putent. Tulit omnino aetas *Rationalium* progeniem, nocentiorum illa, vbi *RATIONALES, Lampridio, H. Valesio,* alioque in Codice locis docentibus, Procuratores saltem Principum erant, cadauca et vacantia bona vendicantes fisco, vel redditus Principi communes exigentes. Vid. *Lactant. de Mort. Persecut. c. 7. p. 68.* cum not. *Baluzii, ibid. P. II. p. 16. et Io. Columbi, pag. 279.* Absurda profiteri sacra, insipientis; at vero non, nisi ad rationis exigenda trutinam,

confectari ubique, rerum sacrarum incuriosi et minus providi, illiusque insuper est, de quo, una cum sociis, illud Apostoli valet, *Φάσκοιτες; είναι σοφοί, εὐκρινήσαντες*. Rom. I, 22.

II. Medium itaque hic carpere decebat iter, ne hinc rationem reiciendo prorsus, stipites euadamus ac trunci, absurdissimarumque quarumuis fabularum propugnatores; hinc vero rationis decempea emetiri, quae *ὅπερ ὄντι, λόγον, καὶ ἀλήθειαν* sunt, temere moliamur. Doctum, sobrio rationis usu admisso, esse simul, et mysteriorum admiratorem, conuenit omnino, ex consilio Hieronymi, in *rationali*. Sacerdotis in pectore) *da-ffrina et veritas ponitur, ut discamus, Sacerdotem doctum esse debere, et praeconem dominicae veritatis*. in Malach. T. VI. p. 236. F. Est quaedam Rationis et Fidei quasi concordia, saltim si suis se quaeque limitibus contineat, non continua contentio et pugna, quamvis in argumento hoc excutiendo huc dum alter altero felicius fuerit versatus. *Dan. Huetii* studium in *Quaestionibus Alnetanis*, ubi Magnifico *Loescheri*, in *Praenot.* p. 153. iudicante, *fidem et scripturam disputationibus Philosophicis plane non esse interponendas*, docet, adeoque in peculio Rationis, nullum reuelationis ius relinquit, non memorabo; Saltim quae inter *Io. Clericum* et *Petrum Baelium* hic fuerint disputata, illo vtriusque afferente concordiam, hoc vero pugnam, quaeque *Baelius* in primis, occasione *Jacqueloti* *conformité de la foy avec la Raison*, monuerit, neminem eruditorum fugit. *Reponses aux Questions d'un Provincial*, T. III. p. 638. sq. Maiori itidem animi voluptate peruoluunt, quae Auctor illustris libri, *Essais de Theodicée*, quem virum, quo haud sciret, an Lutherani celebriorem unquam habuerint, *Turretinus* vocat, *Nub. Test. Praef.* **4. de Concordia Rationis et Fidei, discrimine inter *contra* ac *supra* Rationem, itemque, inter *absurda* et *incomprehensibilia*, praeclare ostenso, antequam, quod ibi palmarium est, aggreditur, pro more exquisitè commentatus est. Et sane, dummodo Rationem, emendationis patientem, et sic etiamnum suae sibi imbecillitatis consciam, innatis porro suis notionibus, suoque, quod pensat obiectione, contentam, eamque insuper, quae supra se esse multa, sibi non pervia, sed incognita, et a DEO, qui falli nequeat, alibi percipienda, vltro libensque fateatur; si talem, inquam, hic nobis Rationem sisteremus, concordiam, credo, cum Fide, ut eiusmodi saltim, quae inter *Dominam* servamque intercedit, quilibet haud operose deprehenderet, metum omni abiectione, hac via regia se in castra, hinc Rationalistarum, hinc vero Fanaticorum, incidere posse. *Nervose, pro more, suo tempore haec edisse-*

edisseruit *D. Christoph. Franckius*, arbitratus, Mysteria reuelata rationis principis nec CONVENIRE (quod nemo ignoret) nec DISCONVENIRE (quia illis, vtpote rebus, in suo circulo non contentis, non repugnent) sed saltem NON CONVENIRE (dum isthaec Principia ad Mysteria reuelata plane non pertingerent) *Exerc. I. Anti-Limborch. p. 24.* et in *specim. Controv. c. IV. p. 80. sqq.*

III. Suos itaque intra limites se dum continet Ratio, sine offensione procedet, in via, bene sibi alioqui trita, nec per inhospita tesqua errabit facile, erratura alias, siquidem in Mysteriis ferre sententiam (vid. *Saurini Cogitat. de verbis: Hoc est corpus meum, signo V. et Relat. Innoc. 1717. p. 103.*) vel, cum non nemine, hac sibi sententia, ceu fundamentali, ablandiri velit, non oportere scilicet *Theologiam quicquam, quod rationi (citra restrictionem positae) contradicat, docere.* Cautel. *Studiof. Iur. p. 492.* Male omnino vel ipsi Luthero nostro a personato *Ier. Hevaslito Christiano, in Luthero ante Lutheranismum*, affingitur, quasi Rationem ac naturale lumen super omnia, immo pro ipso habuerit Christo, qui adeo sic in omnibus, etiam profligatissimo quouis, inueniatur. Absit; Nunquam Rationalistarum, quas vocant, preffit vestigia Noster, vtpote quae illum potius modis omnibus terrebant. Socinianos, Arminianos, Naturalistas, rum et magna orbis Politici et eruditi saepe Sidera, magnam insuper Angliae inprimis, Belgiique partem, quid quaeso longius a veritate abduxit, nisi nimia, et laxatis veluti frenis, data Rationi libertas? Hanc, cum natura matre, dum dominari incipit et ludibria intentat, nisi cum Ismaele et matre ancilla, mature eiicias, exilioque multes, molietur nullo non tempore aliquid, quod futurae noceat hereditati. Cum de animarum agitur salute, aliquid esse etiam *sine ratione* faciendum, teste *Arriano*, vel ipse *Epicurus* dixit; Et *insolubilia argumenta etiam in naturalibus, ob quae tamen contraria non sit deferenda opinio, inueniri, Sextus Empiricus* asseruit. *OO. f. 8.* Vid. *Arnob. contr. Gentes L. II. circa fin.* Sat vulnere est? Ceterum siue Pontificiorum, siue C. Reformatorum intueamur, fat vtrinque damnorum, ex dominantis Rationis arbitrio. De illis, Rationem nimium audientibus, *Gerhardus* copiosius egit; *Conf. Carb. L. I. P. II. c. 18. p. 281. sqq.* quare et C. Reformati, dum Rationi, pro more, indulgent, ad propriam Pontificiorum confessionem provocare solent. vid. *Reflexions sur l'Eu- charistie p. 103. sq.* Et quantumuis in alterum saepe extremum lapsi, *Ad- ya* in suis sacris frequentissime ament, quod alibi docuimus abunde (*im Aufsehen Gottes auf sein Lutherisches Zion P. I. p. 300, 395. sqq. 405. 410.*)

491. 547. 614. 741. et ex ipsis adeo Pontificiis nonnulli (quos inter *Du Pin* memorandus) Doctores suos interdum habeant pro illis, qui n'ont point appuyé leurs opinions sur l'Écriture S. - - mais sur des raisonnements souvent frivoles: (*Méthode pour étudier la Théologie* p. 108. sq. Fabulosa tamen et inanija quaeuis sanae congruere Rationi, omni contentione docere et inculcare solent. vid. *Dezū la foy des Chrétiens et des Catholiques justifiée*. A. 1714. De his, Caluino additis, res clarior est, quam quae repetita indigeat commemoratione. Quae *I. Saurino* hic sedeat mens, audiuius supra. *Principium Theologiae et Scripturae interpretes Ruinaro Andala est Ratio*. *Summa Theol.* p. 10. 53. Ab aliis saltem, quae corrupta est, iudicandi in rebus fidei facultas illi admittitur, *F. A. Lampius* in ignibus fatuis *Roemling*. p. 46. Alii tantum Rationi, seu unico fundamento, fidem se superstruere, cum *Wendelino*, negant. *Exercit. XXXII.* p. 479. Liberaliores vero his adhuc alii, les plus infallibles lumieres de la raison, cum *Io. Claudio*; Rationem, normam secundariam, cum *Turretino* aliisque; immo, ut *fundamentum Religionis*, cum *Roellio*; vsum rationis non saltem organicum, sed principalem, cum *Marckio*, allegare ac defendere solent, quae studio singulari et iudicio non minori conquisita videas, in celeberr. *Seuerin*, *Lintrupii* velitat. Epistol. inter *Masium et Infantium*, Praef. §. V.)(1. b. sqq. Quae saepe de ratione, in genere, et sine temperamento, pronuntiant: *Comment pourrions-nous sans la raison, y (dans les saintes Ecritures) decouvrir la volonté de Dieu? Et vicissim: Ce seroit une chose étrange, qu'on ne pût persuader à des hommes raisonnables de faire usage de leur raison, sur tout dans une occasion si importante, ou il s'agit de savoir ce que Dieu exige de nous, Reflexions sur l'Eucharistie* p. 23. 102. quis, quae so, ferat, ac salua veritate, ferre possit? *Ex solis rectae rationis et verbi diuini luminibus*, dum mollissime incedere vult *I. A. Turretinus*, res sacras iudicari optat, tamen si τῶ ἀντὶ τῶ ἑκείνῳ λόγῳ, τὸ ἀντὶ φρονεῖν, *Phil.* 3. 16. utpote quod sibi obstare minime credit, *Apostolus* praecipiat; *Nub. Test. Praef. ** 1. b.* qui et postea primum hoc principium ponit: *Nullius rei cognoscendae et credendae necessitatem nobis incumbere, quae nobis clare reuelata non fuerit, et ad quam credendam, facultates a DEO necessarias non acceperimus; DEVM nolle id credi ab hominibus, ad quod credendum natura inepti sint.* l. c. *Cap. IV.* p. 15. sq. Plura *Dan. Maichelius* hic dabit, in *Examin. Refutationis Turretini*, quem sibi oppositum librum, dum pensitat *Turretinus*, exemplum suetae sibi suisque moderationis dedit; dum *Maichelium* primum a doctrina, ingenio et beneuolo in se animo

com-

commendat, mox tamen *succinctum* eius in 76. paginis amplis Examen, ad quod a se vix totidem voces sit accepturus, perstringit, Pyrrhionumque egisse Patronum, ac Anthropomorphitis veluti dedisse arma, miro nouae moderationis exemplo, accusat. *Nub. Test. Praef. XXXI. b.* Est haec infelix illa via, qua progredientes, sui tandem obliuiscuntur, et quaeuis deterrima audent. Calcant hanc Auctor libri nocentissimi (*Raisonnement über den Unfug derer, welche die Philosophischen Meynungen wider die Schrift, absolute verwerffen A. 1712.*) utpote qui, errasse Scriptores *Θεοφύλιος*, sublimiori afflatu illos fuisse minime percussos, verum Christianismum consistere in moralitate *Et c. p. 9. 65. 67.* confidenter postea asseruit. Detonabat apud Anglos in *Chillingworthum* Presbyterianus, *Cheyneius*, cui Haeretica illius sententia: *Rationem esse fidei opponendam*, meruisse visa est, vt librum illius *The Religion of Protestants a safe Way to Salvation*, simul in demortui sepulcrum coniceret, insuperque pro beneficio habendum esse, putaret, quod pro funere ex *Ier. XXII. 19.* illum quasi non laudasset; Quae assert, eademque Domino *de la Piloniere* obiici posse. Episcopus Brangertiensis memorat. *Nou. Litter. Lips. 1718. p. 497sq.* *Fidem suffulciri a Ratione, hancque confirmare sensum* (*sie bekräftige die Empfindung wohl*) sententia *Iac. Abbadii* est, nemini, quamuis in iis, quae et antecedunt, et cosequuntur, colores quosdam quaesiuert, facile approbanda. *Kunst, sich selbst zu erkennen, p. 6.* Aperte magis, adeoque vt noceat minus, *Io. Lockius* hic cogitata eloquitur, cuius *Christianisive raisonnée* Christianismum fere omnem sustulit e medio, reliquique eiusdem labores, vbi inprimis *Paraphrases Paulli Epistolarum* adornare suscepit, Socinianis passim frigidam suffundunt. *Haud aequum esse*, putat, *reuelationi assentiri, quando cum clara nostra cognitione* (quam intuitiuam vocat) pugnet; *Cum claram haesimus rationis sententiam, eo hanc nomine repudiandam non esse, quod res spectet ad fidem.* De Intellect. human. *L. IV. c. 18.* vid. *Dn D. Foertschius, in Controuers. nucl. p. 86. seqq. 43. sq.* Magnifici *Loefcheri Prax. Piet. P. I. pag. 858.* *Lintrupii Velitat. Epistol. Praefat.)()(3. a. b. Geistlii Sitten-Lehre pag. 41.* Verum est, vbi ad iaculandum in sublime lapidem vires adsunt, alteriusque auxilio non opus est, frustra sublimiorem expectamus reuelationem; Ast vbi vires quae absunt, falso supponimus, auxiliaque gratiae, Sociniano more, in quibus *Lockium* per omnia infontem nemo facile pronuntiabit, respuimus, ibi frustra iaculatoriam exercere molimur; ne dicam, maiori nobis in pretio esse

Scriptu-

Scripturam oportere, quam ut rationem pro libro, litteras diuiniōres vero pro illius supplemento habere velimus. Sociarianum ibidem non esse, qui pro tali habere nolit, male sequitur, uti et satisfactionis Seruatoris optimi vilipendium inter capita secundaria (Neben-Puncte) a nullo tanti Mysterii admiratore, facile numerabitur. *Biblioth. Nou. Hal. P. XXXII. p. 144. 148. P. XL. p. 261. 263.*

IV. Non tam in Rationem, donum DEI eximium, iniurii, aut stuporis adeo amantes sumus, ut illam suis sese limitibus continentem, aspernemur, qui ἀλογία potius Gentilium Sacra, aliorumque, modis omnibus detestamur, quod etiam infra §. III. suo fusius docebitur loco. Manet Ratio donam DEI non postremum, nunquam non grato in DEVM animo, qui et ita nos liberat creaturas a brutis, reliquisque animantibus distare, iisque praestare voluit, agnoscendum, adeo non negligendum aut suffocandum, ut de ea, male collocata, ceu dono DEI amplissimo perduto, Iudici supremo habiturus sit nemo, quod respondeat. D. Antonius de aestimatione Rationis Theolog. pag. 23. sq. Conf. Muzelius, de Rationis natura, increment. maturitat. &c. p. 1. sqq. 320. sqq. Est suus Rationi honor, siue primas, easque vōras rerum Ideas, natura inscriptas et Axiomata primum nota, siue vires cogitandi pensemus; Et quantumuis ex lapsu, et quae successit postea, a suafactione, falsae emerferint Ideae et Axiomata, sequente prorsus in his potentiis peruerso habitu, quae, quia bono subinde praevalent, causa sunt, quod Scriptura Rationis potissimum sub hac corruptione, et, quod passa est, contagio, mentionem faciat: Non truncandam tamen et abolendam prorsus, sed captiuandam tantummodo eandem memorat, cuius λογισμοὶ saltem ἡ ὑψιμάτια ἐπαίρομενα (2. Cor. X, 5.) euerfioni et captiuitati destinantur. Tribuat nobis ἀλογίαν Andras Wiffowatius, Libro, de Religione Rationali; Aerem verberat Wiffowatius, B. Mayerus regressit dudum, sicut nemo nostrum, Theologum sine intellectu intelligere debere diuina Mysteria; ita nemo sine ratione tractare, dixit: Quis rationem subiectum informandum vnquam negauit? Quis rationi officia in capitum fidei evolutionibus, officia organica abiudicauit vnquam? De vsu Philos. in Theol. p. 6 sq.

V. Poterant hoc etiam assequi Gentiles, sed absurdis, quibus sese contaminabant, Sacris, Numen iri minime placatum, utpote quibus offensionem potius et indignationem Deorum, quos sapientes tamen et sanctos existimare debebant, sint merituri. Erat quondam in Ecclesia Haereticorum genus, ἀλόγων nomine insignitum, propterea quod λό-

γον.

γου, a quo Ioannes Euangelium auspicatur, respuebat, et, cum divi-
 nitati Seruatoris adeo inimicum esset, Euangelium etiam, quod di-
 xi Johannis, una cum Apocalypsi, repudiabat; pestilens (quicquid *Arnol-
 dius* pro horum etiam molliendis erroribus tentauerit, *Haeresol. P. I. L. 1.*
c. 4. p. 78.) adeo Haeticorum progenies, ut non solum *Epiphanius*,
Pbilastrius, *Augustinus*, *Damascenus*, alii, illam sollicitius descripserint,
 sed etiam ἀποστασία ἀγενήθη, defectio, Deum negans, ac *Theodotus*
Coriarius, ἀπόστασμα ἐν τῆς ἀλόγως ἀείσεως, stilo *Epiphani* p. 462.
 ἀρχαίος ἢ πατήρ τῆς ἀγενήθη ἀποστασίας *Dux ac Pater defectionis, De-*
um negantis, ALOGORVM scilicet horum sive ALOGIANORVM,
 appellaretur. *Euseb. H. E. L. V. c. 28. p. 196.* Vid. B. Ittigus, *de Haeresi-*
arch. Sect. II c. 15. p. 229. Venerantur hos ALOGOS Patres et Antecesso-
 res Sociniani, ut ideo et ipsi in Belgio adhuc, ALOGORVM nomine ve-
 niant. *B. Mayeri Histor. Socinianism. pag. 6.* *Arnold. l. c. P. II. L. 17.*
c. 13. pag. 534. Valeant tamen isti, qui portio quaedam esse Christia-
 norum voluerunt videri; Nobis nunc potius constitutum est, delibe-
 ratumque, professorum Gentilium ἀλογα perquirere instituta, quibus
 quoque non abstinere in Sacris, et nomen adeo ALOGORVM, vel
 ALOGIANORVM omni itidem iure meruerunt. Non solius scilicet
Epiphani inveniuntur ἀσοφα, (Φαρμομένως saltim ὑπέροφα) sub Prae-
 sidio V. C. *Ludov. Christ. Crellii* A. clo lxxx xi. ac xvi. ex posita; sed penes
 Gentiles quoque alios, sapientissimos quosque, inveniuntur eadem, &
 quod miramur, tum maxime, cum Diis suis accedere proxime, cultum-
 que praestare illis, susceperunt. Largiamur, pecorum, quae ἀλογα hinc
 ζῶα audiunt, 2. Pet. II, 12. Iud. v. 10. Sap. XI, 15. (16.) eos, non induisse
 prorsus naturam; Id tamen effecerunt saepe, ut intelligendo intelligerent
 nihil, λογισμὸς ἀδικίας conciperent, adeoque ἀλογα ἐρῶν, ἢ κνώ-
 δαλα εὐτελεῖ, Sap. l. c. adorarent. Ratio nobilitat imprimis illos, qui,
 ignobili vulgo superiores, sapientiae student, et prudentiae statuunt
 exempla, quod, qui negligunt, ἀλογα dicuntur committere Vesto, Act.
 25. 27. ac laborare ἀλογία, Iuliano a Gregorio, bonis literis interdicen-
 ti Christianos, tributa. Accusarunt equidem Gentiles (labris origina-
 lis, undeque venerit, ignari) quandoque vel ipsum Numen, praecun-
 te *Cotta*, quod Ratione peccetur, ut *farius fuerit*, nullam omnino nobis a
 Diis immortalibus rationem, quam cum tanta pernicie datam. Si enim rati-
 onem hominibus Dii dedissent, dedisse etiam malitiam: *Cic. de N. D. L.*
III. Conf. Pfanneri System, Theol. Gent. p. 251. At, ciurasse eos prope-

modum ipsos quandoque Rationem, atque ἀλόγως esse, quam sana Ratione uti maluisse, hoc sane imputare sibi, non aliis, debebant. Sapientes hinc merito percerent simulacra, εἰς ἀφρόνων παγίδα, in saqueum pedibus insipientium posita, Sap. XIV. 11. 12. 15. 20. 21. quorum ἀλόγως dum inhaerebant cultui, μεγάλη ζώνης ἀγνοίας πολέμου, magno viuentes ignorantiae bello, merito appelluntur. I. c. v. 22. Clemens Alexandrinus τὰς ἐλισθηράς, immo ἐπιβλαβεῖς τῆς ἀληθείας παρεμβάσεις, lubricas et exitiosas a veritate digressiones, quas prudentior quiuis exhibilat, fusus perstringit. Protrept. OO. p. 13. 12. Eusebius, Gentilium Sacris, saepe sane ἀλόγως, obloquens, τὰς λόγους αὐτῶν παρῆναι, καὶ τὰς ἀποδείξεις μανθάνειν, ipsas inuestigare Rationes, et indagare demonstrationes, licitum existimat ac proficuum, qui et σάφρονι λογισμῷ ποστὲα iudicans, Gentilium ἀλόγως pluribus auersatur, causasque (τὸ ἔυλογον) suae a ficitis Numinibus defectionis iustissimas, reputat, illosque demum huius Rationis compotes (σάντες ἐπὶ λογισμῷ) evasille, memorat, qui noua aliquando, prisca relicta, viam iniuerint, immo totam fabularum (priscarum) volutionem despuerint, maioresque suos, effuso quoque risu, cachinnisque fuerint profecturi; Praep. Euang. L. I. c. 5. pag. 16. et L. II. c. 2. p. 61. c. 3. p. 63. 64. c. 4. p. 68. Cæci, incogitabiles, excordes, non multum mutis animalibus differentes in cultu videntur Lactantia Gentiles. de fals. Relig. L. I. c. 8. OO. p. 27. Et Arnobius, quid, o participes Rationis, auderis homines proloqui? merito inelamat, cum ἀλογὰ Paganorum sacra ex instituto perceret. Contr. Gent. L. I. p. 17. Et Clemens Alexandrinus denuo, οἱ ἀτακτοὶ καὶ ἀνόητοι, τὰ ἔθνη εἰσὶν, qui immoderati sunt et insipientes, gentes sunt. Paedagog. L. 2. p. 146. Erubescere oportere simulacrorum cultores, veriusque de his Diis sentire animalia muta, mures, hirundines, miluos, quandoquidem sciant, non sentire eos, ut rodant, insultent, insideant, et, nisi abigerentur, in ipso Dei ore nidificaturi sint; araneas vero faciem eius intescere, et de ipso sapite sua fila suspendere, ut adeo male sani et vanae et perditae mentis in ista desipiant, et ipsa errantium turba mutua sibi patrocina praestet, Octavius Minutianus diu monuit; p. 16. 17. ut adeo, iuxta Martyrologium veteris et Bedam, in passione Satyri, iure despuerint in idola fideles, concinentes Prudentio;

Quis Iouis infectam sanie non despuat aram?

Elmenhorst. Comment. ad Minut. Fel. p. 23. Erat hæc nãmque profun-

da adeo, pudendaque Gentilium superstitio, iudicante T. Pffannero, ut bonam mentem, ipsamque Rationem eiurasse videri possint; Syftem. Theol. Gentil. p. i. Superstitio, vel ipsi Socrati elusa, in Deorum contumeliam, vel per quercum, hircum, canem etc. iuranti; Superstitio, quae Poëtae Deos, uti infantuli puppas, fingebant, Deamque Bonae nomine adoratam, Fatuam vel ipsi profitebantur. Vid. Mornaeus, de V. R. C. cap. XXII. p. 469. 470. 471. Iure hinc solidi, quibus ineptissima tribuantur ludibria, Hospiniano, de Fest. Christian. pag. 21. b. laborantes infania, Seldeno de Diis Syr. p. 57. audiunt, tamen illud Hieroclis, λόγῳ ἐξ ἑσθῆς κείθεσθαι, καὶ Θεῶν, τῶν τόν ἐστὶ, idem est, Rationi parere atque Deo, inclament; et cum Tullio de Ratione, summa lege, multa memorent. Vid. Scharrock. de O. S. I. N. p. 92. seqq. Merito, suo iam tum tempore, vel ipse Caro, faerorum sibi ἀλόγῳ conscius, mirari se, aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset. Cic. L. 2. de divinat. n. XXIV. Religio namque gentilis inanis ridicula maleque cohaerens erat, bene iudicante S. R. Buddeo, ita tamen, ut vanitatis huius ministris bene cederet, utpote quos metuebant maxime, ac Sacerdotio, teste Plutarcho, non facile mouebant, ne fraudes ridiculi cultus prodendo, ingens isti Reipublicae periculum attraherent. Vid. S. R. Buddeus, in Concord. Relig. Christ. Statusque Civil. p. 83. 96.

VI. Mouebant me haec et alia quondam, cum in Academia adhuc agitare, ut dissertatione publica, Locum, in Sapientum ordine mihi perbenevole datum, vindicaturus, ἀλόγῳ isthaec τῶν ἐξω Sacra paullo diligentius percensorem, quam nunc, dum non displicuisse prorsus rerum intelligentibus, intelligo, cum accessionibus denuo exscribendam, cordato viro, qui ultro se sumtus facturum receperat, trado. Fateor, quatuor namque ab illo tempore elapsa sunt lustra, multa, si nunc ordiri ab ovo tractationem omnem voluissem, me additurum, alibi etiam rem aliter ordinaturum fuisse: Ast primorum quoque recordari conatum, dulce est, si cum primis diem posthaec magis docuisse diem, cum quodam voluptatis sensu experiamur. Πηδᾶ γῆρας χρῆσθ' ἐν τῷ πνεύματι, salutar quandoque, ex sententia Gregorii Nazianzeni, senectus, commodata Spiritui: Vid. Dn. D. Waechterli, Soreri optimi, Epist. de Codic. MS. Greg. Naz. p. 10. seq. Ast nec iuuenilis aetas pudenda prorsus laborat inertia, et dum, quae iuvenes scripsimus, alias aetatis veniam facile consequuntur, nec suppedere decet eorum prorsus, si qua meliora iis, annis; qui subsequuti sunt, dare valeremus. Filij Musicorum licet, va-

rius modulationibus se aliosque recreare prius, quam sacrum aliquem humanum organo simul scienter inflectant: Et nobis adeo hoc minus veretur vitio, quod ea, quae sacris studiis nondum profus addicti, quondam meditati sumus, quaeque a re sacra aliena profus non sunt, extitulantem typographo, ut, dum feriantur in excudendo opere Biblico, eoque laboris plenissimo, prela, hic habeant, quod interea crepent. Faxit Deus omnia feliciter!

I.

Deum sibi, et eum quidem Ratione destitutum,
fingere velle, *ἀλογον!*

Nihil quicquam eorum, quibus summa alioquin rerum praestantia et virtus censeferi solent, dum Numini supremo deest, nec Rationem quoque, summam illam et eminentem in primis, deesse illi, facile, si bonae mentis curam habere velimus, asseveramus. Nihil est, quod non intime intelligat, nihil, quod non ratione quadam, a maculis naevisque omnibus, intelligendi actui alioquin adhaerentibus aliena, cognoscat, id quod hinc ipsa Numinis natura, hinc vero opera ejus stupenda sane, clare satis ostendunt. Prisci illud Philosophi, multis retro Seculis, dum perpendebant, simul et ob hoc, convenienter magis vix nomine, quam Mentis aut Rationis, Deum vocari posse, serio contendebant. Pythagoras certe, cum semel pronunciaisset, *μηδὲνα εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ θεόν*, et consuetum alias Sapientis nomen detrectasset, ut ex Heraclide Pontico Laërtius refert, *de vit. Philos. Prooem.* illud agebat subinde, ut Deum modo, tanquam Animum per uniuersas mundi partes, omnemque naturam commeantem atque diffusum, modo tanquam *νῦν καὶ ψυχῶσιν*, juxta Lactantium, *Lib. I. diu. Inst. c. V.* et Clement. in *Protrept.* sibi suisque repraesentaret. Haesit ea sententia perinde deinceps animis auditorum, Epicharmi in primis, de Deo, quod ea, quae antecedunt, facile docent, sic differentis: *νῆς ὁρῆ, νῆς ἀκρίβη· τὰ δ' ἄλλα κωφα καὶ τυφλά*, quod alibi claresatis explicat: *ἔθεν ἐνφύγει τὸ θεῖον, ἔθο γινώσκων σε θεῖ.* *Ἄυτος ἔσθ' ἀμῶν ἐπόπτης.* Clem. Alex. *L. II. Strom.* p. 369. D. Immo placuit & aliis, Deum hac ratione describere, Xenophani quippe, cum *σύμπασιν εἶναι νῦν, καὶ γρόνησιν, καὶ αἰδῶν*, existimanti; *Laërt. L. IX.* cum quo Democritus idem sensisse, quibusdam fertur. Ratio proinde Dei concinnam mundi effecit structuram, coelum eadem adhuc versat, terram suspendit, nutuque suo confirmat, aquam

in

in nubibus librat, mare suis finibus compescit, terram frondibus vestit, & quae nostram rationem longissime excedunt, ratio diuina copiose assequitur. Detur, cui haec dubia videantur adhuc, et S. Athanasius dignum minus sobrie debitante responsum feret: *εἰ τις ἀπιστεῖ τῆς ἐπιστάσεως, περὶ τῶν λεγομένων, εἰ ὅλως ἐστὶ λόγος Θεῶν, μάλοιστο μὲν ὁ ταῦτα εἰπεῖν, βιάλλαν περὶ λόγους Θεῶν.* Or. Contr. Gent. p. 44. D.

II.

Rationem in Sacris dominantem venerari, ἀλογον.

Ratio haec vero Dei, quamuis exempli loco nobis proponatur subinde, adeo, ut in omnibus, quae meditatur, quaeq; molimur, Ducis perpetui instar, rationem agnoscere fas sit: Cognitum tamen illud simul est et maxime exploratum, immo clarissimis Scripturae Oraculis abunde satis evidum, in sacris, rebusque mysterii plenis, cessare iudicium nostrum, nec sumere sibi quicquam arrogantius oportere. Frustra veritatis diuinae sensum ex ratione et conuenientia cum intellectu humano ita aestimat dissentientium quorundam stupor, ut, quando absurdum aliquid rationi occurrat in Sacris, modum aliquem dicendi confingendum esse putent, quo verba non simpliciter ut sonant, debeant explicari. vid. *Schligring, cont. Meissn, de Trinit. fol. 127. Smalz. Homil. in c. I. Job. fol. 89. conf. V. del. Arcan. Armin. P. I. L. I. c. IV.* Quam huic inhaeserint sententiae permulti, et generale adeo unionis mutuae impedimentum, ex *Zwinglio, Wittichio, Alinga, Jo. a Wayen, Roellio*, amoebaeis item *Huberi et Witsii*, pro more, solidissime docuit *I. B. Carpzovius, Dissp. Acad. p. 1028. seqq.* Quas dederit turbas exercitatio paradoxa, *Philosophia, Scripturae interpres (Lud. Meieri, Medici, uti fertur, Amstelodamensis)* abunde constat; *B. Mayer. de usu Philos. in Theol. p. 1. sq.* magisque *Φορσινά* tot *ἀνδρῶν* *κατὰ* mirabimur, si *Veltbusium, de usu Rationis p. 48.* et alibi passim, et *Andream Wiffowatum, de Religione Rationali*, immo Auctorem libri: *Fides et Ratio collatae*, ubi spiritus *Poirreti* dominatur ubique, attentius paullo legemus. Nec sibi hic satis temperauit *Sam. Clarkeus*, de veritate Religionis Christianae tradens, cum omnes Fidei Articulos consona docere Rationi, praesumit. *De l'Existence et des Attributs de Dieu. T. II. p. 302.* Simonianos, Gnosticos, aliosque, nimium tribuentes rationi, cum *Tribesbouio, Hist. Naturalism. p. 26. seqq.* castigarunt alii; Nec *Latitudinariorum* latere poterunt furores, qui *Spanhemii Elenchum Controvers. ac Jurisaei Religion du Latitudinaire* studiosius paullo pervoluerit, Ex Patribus *Justinum Marti-
tyrem*

tyrem de Christo, seu λόγῳ σπερματικῷ, ἐμφύτῳ πᾶσι γένη ἀνθρώπων, commemoratē, et Origenem, Deum semina eorum, quae docuerit per Prophetas et Servatorem, indidisse quoque (ἐγκατεσπαρμένα) omnium moralium animis, docuisse hoc demirari magis nonnulli poterant, vid. Montacuzius, Appar. I, ad O. E. p. 20, seqq. et qui solide haec amplius deduxit, Dn. Buddeus, de Fid. naturali Cap. I, §. 2. seqq. Conf. B. Hulseman. Breuiar. c. I. §. X, p. 41. et D. Anton. de aestimat. Rat. Theol. c. 3. p. 49. seqq. Quam vellemus, nec aliis firmiter has sedere sententias, dubia Rationis contra res fidei, superari ac tolli a Ratione posse; (cui opinioni se opponit in primis Baelius, vid. Entretiens de Maxime et de Themiste. P. II. p. 69.) Rationem, ne corruptam quidem, fidei obloqui articulis; non esse, quae sunt revelata, rebus ex ratione notis, certiora, la Placette, Reponse a deux objections. c. 5. it. p. 54. 119. Fides ἐλεγχῶ μὴ ἐλεπομένῳ dum iure meritoque audit, aliud quid postulat. Epicurus ipse, Arriano teste, cum de animarum salute ageretur, aliquid etiam sine Ratione faciendum esse, existimavit, Vid. Arnob. cont. Gent. Lib. II. circ. fin. Candidos, & sanos homines, Greg. Nissen. inquit, Fidem habere decet iis, quae a Deo dicuntur, modos autem & causas, nostram intelligentiam excedentes, exquirere non oportet. Si enim omnia a nobis percipi & comprehendi possent, non praestaret nobis is, qui praestat. Orat. II. de Resurrect. Christi. Ratio regulas suas ex inductione rerum naturalium tantum conficit, earumque conditionem cupide ac studiose rimatur, et fidei res adeo, circulo quippe suo spatioque minime contentas, ne quidem attingit. Vid. Aug. contr. Acad. L. III. c. 19. & Tertull. de Anima c. I. Triplex nobis, Huetio teste, ad comparandas rerum notitias, datum est instrumentum, Sensus, Ratio & Fides: Sensus Rationi, Rationem Fidei praetexti, et uti Ratio Sensibus, sic Fidem Rationi auxilium ferre, admissosque eluere errores. Sunt quaedam ex Ratione firmissima, tamque constanter certa, quam fert illud vis humanae naturae, summoque adeo certitudinis humanae gradu: at tamen certitudo ea, si comparatur cum certitudine Fidei, ponitur in gradu inferiori, propterea, quod restrictam paulo limitatamque veri demonstrationem inferre videtur. Patet haud dubie nunc satis, quam imprudenter, quamque in primis impie Auctor Tractatus Theologico-Politici scripserit; scilicet nec Theologiam Rationi, nec Rationem Theologiae ancillari; c. 14. et 15. suum esse utriusque regnum, suum ius, neutram neutri obnoxiam, Rationem, Dei donum, custodem et sequestram veritatis, mortuis Scripturae litteris, quae

quae humana facile malitia depravare posset, subiciendam non esse. Sunt sane haec talia, quae cum Huetio non disputationibus et argumentis, sed vinculis, sed virgis suppressenda, alii existimarent. *Quaest. Alnetan. Lib. I. c. 7. pag. 76. seqq. Conf. idem de his omnibus l. c. in Antecessione. p. 5. seqq. L. I. c. 1 p. 11. seqq. c. 5. p. 61. seqq. Irrationalis ideo Socinistis Lutheranorum Theologia audit, quod cum Weigelia (P. II. Possill. p. 184.) ita delirare nolit: Non cadere, qui ambulet in luce innata, via hunc arctiori contendere ad vitam. Mayeri Dissertat. Programmatica: An fides Lutheranorum sit irrationalis? Quae, nisi Jo. Lockio arrisissent perinde, mysteria, ad rationem scilicet exacta, non sustulisset, et a Grotii ac Socinistarum vestigiis, magis, quod verissime fecit, sibi cavisset. *Que la Religion Chretienne est tres raisonnable Cap. 5. seqq. c. 14. p. 191. Bene iudicavit Baelius, Socinistis mire haec esse placitura, ie ne croi point, qu'il y ait de Socinian, qui ne souscrituit a son liure - - - et il est certain, que cette Sette a toujours suivi certe Tablature, pour rendre le Christianisme plus conforme aux lumieres de la Raison; Lettr. Choif. T. III. p. 815. Licet in alia digrediat per omnia Clericus, cui Christianismus ille Lockii rationalis un des plus excellens Ouvrages, qui ait été fait depuis long temps sur cette matiere, alicubi audit. Oeures Diverfes, p. 76. Ac Tempora non ita pridem elapsa, quae rulerint ingenia, si species, Jo. Tolandum, inter eruditos ubique haestenus famosum, reperies, cui, Religionis cum Ratione concordiam, utpote quae praecipua Religionis virtus sit, docturo, mysteriaque doctrinae Christianae cum Rationis praeceptis conciliaturo, per facile fuit et expeditum, edere primum Londini A. 1696. libellum, cuius titulus: *Christiana disciplina, mysterii expers, genium ingeniumque Auctoris abunde prodit, hoc magis, quod monitus ideo ab aduersariis, in sententia perfitit, Deumque se noluisse numerare in Mysteriis, nihil veritus, vel tum quoque pronuntiavit. Vid. V. C. Jo. Laur. Mosheimius, de vit. Fat. et Script. Tolandi, p. 34. 114. Vel Gentilium quoque conuincitur sententis, qui Rationem in sacris dominantem suspicit et venerationatur. Cicero certe Fidem de existentia Dei, maioribus habitam, argumentis a Ratione excogitatis, longissime praefert. De. Nat. Deor. L. III. Philostratus per Rationem res naturales, minime diuinas, comprehendendi, ait. Vid. Apoll. L. V. c. 14. Et rerum sacrarum argumenta ratione assequi homines non posse, Iamblichus docuerat diu. Huet. L. 6. p. 63. In quo cum Patribus Ecclesiae summis Gregor. Magno inprimis***

et

et Augustino elegantissime conspirabant; ille enim, Fides non habet meritum, inquit, cui humana ratio praebet experimentum: *Homil. 26. in Evang.* Hic vero mentem ita exponit: Accepto Baptismo, hoc dicimus, fidelis factus sum, credo, quod nescio, *Serm. 189. de Temp.* Vid. pl. ap. Lintropium in *Velitat. Epist. Praef. §. 3.* Hülsem. *Breviar. p. 38. seqq.* Dn. Ezardi *Manich. Aph. t. Nov-Antiq. 1701. p. 193. seqq.* Pfaff, de *Consecrat. Eccles. c. Turretin. p. 468.* Dn. D. Chladenii *Progr. 1711.* cum Dn. Zappii orat. intimaret. *Ej. Progr. 1719.* quo *Elpistii* commenta excussit.

III.

Rationem in sacris per omnia repudiare, ἀλογον!

Ratio proinde in Sacris conticescit, eo scilicet, quatenus dominium sibi quoddam arrogare intendit; non tamen cessat per omnia, quin sui quaedam vestigia etiam ibidem conspicienda praebet. *Δαίτρεαν λογικήν* sanctissimum Numen efflagitat; *ἀνεφθώς* non ut insipientes, sed maxime sapientes, alibi incedere iubet. Prolixior paullo est, in hac comprobanda caltus divini ratione *Pet. Chauvin. de Nat. Relig. c. 5. et 6.* modo non nimium progredere interdum, etiam de miraculis non concinne admodum loqueretur, iam vero Sacramenta etiam et Mysteria Novi Foederis, Ethnicorum quoque moribus congrua et velut spolia, ex horum religione in Christianorum castra traduda, perhiberet. *l. c. pag. 271. item 283.* Gentium alioquin ea, quae supra posuimus, approbantur consensu: *Θεὸν γένεσθαι ἐστὶ βροτοῖσιν, οὐκ ἕξ ἀπροφύεσσα φύσις δέκχουσαν ἕκαστα.* Pythagoras inquit: Hieroclis constans sententia est: *γινέται σύμψυχον θεῶν ἢ κατὰ θεὸν διακεκμημένη ψυχή,* in *vers. 29.* Pythag. plur. vid. apud Scharrockium. *de O. S. J. N. C. II. N. 2. p. 82. seqq.* Gnostimachorum, qui Damasceno *ὁ πάση γνώσει τῆς Χριστιανισμῶ ἀντιπίπτει*, omni Christianismi cognitioni adversantes merito audiunt, *Haeres. 88.* huc pertinent rabies, rationis licita quoque subsidia, stolide repudiantium. *B. Mayerus, de Pietist. Vet. Eccles. p. 47. sqq.* Nec abluunt Franciscani, male illud Psalmi LXXI, 15. et vertentes, et accommodantes: *Quia non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini; viam praecunte Francisco Assisiate, qui, vel instantibus ultimis, dispositurus, non curent nescientes literas, literas discere, in stipitum, otioque macipatorum solatium, scripserat.* Idem Mayerus, de *usu Phil. in Theol. p. 2.* Quam trahat vel ipsa Ratio, verbo assentiri divino, primum quidem Veteris, tum
vero

vero et Novil Instrumenti; Dan. Kolsbornius docere annifus est, in dem. durch seine eigene Vernunft zum Wege der Seeligkeit geführten Menschen. Erf. 1717. Nec minus Auctor des Reflexions sur l'Eucharistie monito Augustini, ubi Dei voluntatem in scriptura inquirere iussit, e vestigio subicit, comment pour-rions-nous, sans la Raison, y découvrir la volonté de Dieu? quae sobrie intellecta, non repudiamus profus. p. 23. et 103. 104. Non opus esse, invocare Deum, sana ratio non suggerit, quae potius contrarium docet, ut ut rationi illud imputaverit *Meteophili* Nachricht vom Zustande derer Swed. Gefangn. in Rusl. p. 19. Multa de rationis praeclaro officio, modo caute utamur iis, suggessit *Huetius*, de Concord. Rat. et Fid. c. 15. pag. 21. sqq. S. 2. 3. 4. Conf. etiam, ubi sobrius est, *le Chretien Philosophe*, Lugd. 1721. Veritas divina reuelata creditur quidem propter se, non propter rationem; animaduertitur tamen saepe per rationem. Literae diviniore talia interdum docent, quae & ex reuelatione, attamen et simul ex natura ac ratione patent. Male seduli, et vulgo decipiendi nati, saepius, quasi de Numinis mente ac sententia certissimi, in sacris temere quaedam confingunt, et ritus supersticiosos inducunt, quos, si rationem insuper habess, admittes; sin mentem consulueris, deridebis. Credere nemo, ut dicitur, quid potest, nisi id ipsi credible videatur; tale vero videbitur tum saltim, cum argumenta, natura ea suppeditaverit, vel ratio, cur credible sit, exploramus, eaque, quae suadent, approbamus, quae deterrent, refellimus ductu rationis, divino quamvis lumine imbutae. In Sacris, quae amplectimur, turbamur saepe controversi illorum, quibus ratio dictatoria quadam potestate praescribit; hos quomodo comescere, nosque in possessione velut vindicare commode licebit, nisi ratio et simul in subsidium vocetur? Dicuntur quaedam ab iis, qui rationem duces sequuntur, teste Augustino, quae vere fidei sunt accommodata, quaeque ab iis, tanquam ab iniustis possessoribus, in usum nostrum sunt vindicanda. *Lib. II. de Doctr. Christ. c. 39.* Et alibi animae, ut vocat, medicinam distinguit in auctoritatem et rationem, nilque in Ecclesia salubrius fieri posse contendit, quam cum auctoritatem praecedat ratio. *de Morib. Eccles. c. 2.* Ratio subacta fidei non semper proelia dissidiaque minatur; cum praecedat fidem, necessitatem pro virili monstrat, assensum postulat, et viam fidei quodammodo parat: cum comitatur eam et sequitur, quantum in se est, vindicat confirmat, repellit, et auctoritatem mutuo vicissim a fide recipit, et ante iam tum percepta, rectius iam firmitusque imbibit. *vid. Huet. Qu. Aeternan. L. I. c. 3. p. 43.* vid. et longe plura apud

eundem, et ea saepe simul, quibus rationi interdum nimium omnino tribuit. *l. c. II. p. 27. sqq. c. III. p. 33. sqq. c. IV. p. 46. sqq. &c.* Constat proinde sibi nos, quo Deum veneramus, cultus, nec rationis omnino expers pronuntiabitur unquam, nisi ab imperitis et calumniando molestis, quales tempore Athanasii quidam prodibant, ἀλογον εἰς χειρὸν πίπτει sanctissimo Patri obiectantes, sed fulmine Divi viri velut reperi, cum pudore iterum recedebant. *vid. Athanas. Orat. Cont. Gent. p. 2.* Probatur omnino vel ipsi Paulo Apostolo λατρεία λογική; Rom. XII, 2. Petro lac λογικόν: 1. Pet. II, 2. manifesto indicio, non oppugnare rationem, suo se circulo continentem, fidei mysteria, quin, famulitio contentam, praeclaram saepe insuper sacris studiis operantibus, navare operam. *Magnific. Loescher. Praenot. p. 152. 154.* Non statim sunt *contradictoria*, quae sunt *incongrua*, quod *Turretinum*, *utrum ἀσύσπαστα credi possint?* legentium, nosse omnino interest. Nemini, piis sacris intento, vires abiudicantur cogitandi, nec illorum interdicitur exercitio; Idem, qui apud Romanos hic observaverat Apostolus, in summam eos stultitiam, faedaque hinc, quae c. I. Rom. memorat, flagitia, incidisse, multo aliam apud Christianos inveniri eolendi Numinis rationem, diserte praecipit. *Ethnicorum cultui* (Dn. D. Buddei luculenta de hoc cultu λογικῶν sententia est) *eum, qui Christianos deceat, opponit* (Apostolus) *cumque ille non tam plane ἀλογος, sed et cum recta ratione e diametro pugnaverit, horum cultum, prout eum deservisset, merito λογικόν, sive rationalem, hoc est, nihil, quod rationi repugnet, continentem, dicere potuit.* De statu Eccles. Apostol. 1. Cor. 19. p. 45. Contueatur Apostolus, porro Christianos, non gentilibus modo, sed Iudaeis quoque, sua haec tenus sacra operantibus, oppositos, oppido vel hic etiam animadvertit, illos non βεβησίας et ἀλογα ἀκριβως bruta (quo respectu ἀλοσων memorare poterat cultum) sed homines λογικῶν, semetipsum, offerre DEO, ὅταν, interprete Theophylacto, μηδὲν ἀλογον, ἐν ἡμῖν πάσι κρείττον, ἀλλὰ ὁ λόγος τὰ πάντα διοικῆ, cum nullus irrationalis in nobis regnat affectus, sed ratio omnia gubernat. Conf. S. R. D. Deylingius, *Observ. S. P. III. p. 316.*

IV.

λογικόν per omnia Gentilium cultum reputare, ἀλογον!

Equidem, si Gentilium ipsorum, aliorumque quorundam, qui horum nimium tuentur causam, attendamus sententias, nimium saepe rationales in Sacris suis profani homines videri possent. Dogmata interdum divina vel

vel ideo false admodum derident, quod rationi repugnent, id quod exemplo resurrectionis in primis probant. Renasci Christianos se post mortem, fingere vel ipsos, et mira adeo mendacii fiducia invicem credere; novum forte hominem sic proditurum esse, cum pristinum corpus iam dudum fuerit dilapsum? sistendum esse vel unum, qui ab inferis remeasset; figmenta haec esse male sanae opinionis, et inepta solatia, a Poëtis fallacibus in dulcedine carminis lusa. *vid. Minuc. Felic. Octav. p. 96. sqq. Laëtant. Lib. VII. div. Instit. c. 22. Damasc. de duob. Mart. fol. 863. Arnobius Lib. II. advers. Gent. Orig. Lib. I. Cont. Gels. Rationem Gentilium nimium hic quoque extollit Edoard. Bar. Herbert de Cherbury per universum prope, quem edidit huius causa Tractatum; filium aliquod necesse Gentiles potuisse, ait, cuius auxilio ex errorum Labyrintho quovis semetipsum subducere potuissent. De Relig. Gent. cap. 1. pag. 3. Alibi fidem, et tantum non omnes virtutes, singulari ratione exultas, hominibus externis tribuit. c. 15. p. 184. sqq. Habuit equidem quosdam, paria secum existimantes, Philip. Cluverium, L. I. Germ. Antiq. c. 29. Augustinum Steuchum, Lib. II. de Poren. Philos. Anton. Maioragium, Reprehens. Cont. Nizol. Lib. II. c. 15. p. 197. immo Rondellum etiam, dans ses reflexions sur un Chapitre du Theophraste, aliosque plures; Ast iustam ideo reportavit censuram Musaei, quem talia movebant in primis, Thomasi item, Praefat. IV. et aliorum. Nimis rationabilem porro sibi Gentilium cultum fingunt, qui mysteria summa inter delubra innotuisse, contendunt, quorum numero continentur omnes illi, qui Trinitatis Mysterium Gentiles rationis ope, quamvis per caliginem saltem nebulasque, vidisse ferunt. Vid. Huet. Qu. Alnetan. L. II. c. 3. Verum est, Trinitatis quaedam vestigia apud Philosophos inueniri, Platonem, Proclum in primis, Lib. III. Theol. Platon. c. 21. c. 23. et 24. Lib. IV. c. 55. seqq. item Comment. in Tim. Lib. II. Florin. Enn. VI. Lib. IIX. c. 15. Senec. Consol. ad Helvic. c. 8. Plutarch. in Isis. et Osirid. Iamblich. de Myst. Aegypt. Sect. IIX. c. 3. vid. Kirch. Interp. Obelise. Pamph. L. V. c. 3. Quae apud Indos, aliasque Gentes Trinitatis testimonia conspiciantur, de iis vid. Huet. l. c. Mornæus, de verit. Relig. Christi. c. 6. Ruel. de Relig. Gent. circa Fest. p. 25. seqq. Pfann. in System. Theol. Gentil. purioris c. 3. p. 130. seqq. Prolixius in hoc argumento adhuc versantur Clem. Alex. Lib. V. Strom. Euseb. Praepar. Euan. L. XI. c. 20. Cyrill. Cont. Julian. Lib. IIX. August. de Civit. Dei. Lib. X. c. 29. Bene quippe haec omnia dicuntur et non sine maxima voluptate excutuntur, quousque talia*

tantum, quae furtim velut ex sacris Dei nostri surrepta sunt, quaeque mysterium summum illustrare quodammodo possunt, reputantur; vim vero amittunt omnem, quando pro iis, quae ex ingeniis Gentilium prognata fuerint, habentur, quae mens et sententia Melleto, ob *Theosoph. Naturalem*, quam scripsit, et Zwingero, merito imputantur, et ita quidem, ut ultimus etiam iam tum, cum in *Theat. Vit. human. Vol. V. Lib. IV. Tit. Metaph.* de Hermete scripsisset, eum ἐν Ἱερῷ μίαν ἐναυ θεοῦ ἦρα, afferuisse, idque lumine intellectus esse affecutum, ab aliis multatus, verbaque illa in Indice Expurgatorio Theol. Hispan. expuncta fuerint, apud Postevin. *Tom. II. L. XVI. c. 4. p. 346.* Amplissimus iam dicendi nobis aperiretur campus, si demonstraturi, nimis rationabiles quibusdam videri Ethnicos, propterea, quod ea, quae ex traditione acceperunt, aut furtim surripuere aliunde, rationem distasse perhibent, prolixum de κακοῦνλια Gentilium caput ingrederemur; sic enim de sanctissimo Servatore, de circumstantiis creationis quibusdam insignioribus, de lapsu diabolorum et hominum, de statu integritatis, de Oraculis quibusdam scripturae, de Sacramentis et sacrificiis, immo aliis, quae mysteriorum loco iure meritoque habentur, dicendum esset: nobis cum hic minime liceat esse tam prolixis, adiri poterunt Pfanner. *I. c. c. I. p. 13. seqq. c. IV. p. 146. seqq. c. V. p. 162. seqq. c. VI. p. 177. 185. c. VII. pag. 200. 338. etc. 345. 349. 385. 388. 445. etc.* Voss. *Theol. Gentil. p. 15. et per integrum subinde opus.* Dannh. in *Dramat. Sacr. p. 13. 14. 15. 20. 38. etc.* Mutius Panfa, de *Oscul. Ebn. et Christ. Philos. in Praef. item. p. 113. seqq. 470. usque 481. Clasen. Theol. Gentil. Part. I. pag. 82. seqq.* Iul. Caes. Bulenger. *Eclog. ad Arnob. p. 340.* Roger. in *der offenen Thüre, zum verborgenen Heydenthum, passim.* Ruel. de *Relig. Gentil. circa Fest. p. 94. 98. etc.* Certe, non vulgarem in sacris suis sapientiam arrogabant sibi Gentiles, quod Caecilius Minucianus facile docebit, qui, quoties Christianorum sacra intuetur, toties ridet et indignatur, inepte sane ac stolide, quia iuxta vetus illud, risu inepto nihil est ineptius, quod *Frac. Balduinus* reponit. in *Proleg. ad Minuc. Felic. Octav.* Fastus hic Gentilium inprimis erat, quod Christianis, litteras seculares phalerasque verborum minus interdum colentibus, ruditatem & inscientiam obiciebant, contra quos vero *Laſantius* et *Arnobius*, immo *Clemens* ac *Iustinus* aliique plures, causam suam egregie perorant. Vid. *Ouzelius*, *Heraldus*, *Wowerius* et *Elmenhorstius ad locum Minucii Felicis: Studiorum rudes litterarum profanos &c. p. 31. 32. 33. Conf. Arnob. L. I. p. 15.*

Abblan-

Abblandiantur vero sibi Gentiles, et res suas egregie, nec sine ratione egisse, opinentur, ruditatem insipientiamque attribuant aliis; nihil deterrenur, non prohibemur, quin *ἀλογα* plurima eorum sacra ingenti cum fiducia pronuntiemus. Senecam certe, cum in Capitolium veniret, publicatae dementiae vel ipsum maxime pudebat, vano furore alium Numina subiicere Deo, alium horas nunciare Ioui, alium lictoris munera obire videbat. Iunoni et Minervae hic capilli ab otiosis disponebantur, digitos alii, delirantium instar, movebant, speculum adhuc alii tenebant, et in vadimonia Deos suos advocabant, apud Augustinum *L. VI. de Civit. Dei c. 10. conf. Hunn. Apost. p. 66. seqq.* In vita crebrius Gentiles rationi contrarii fuere; cum sui amorem natura ac ratio suaderent, plurimi fucam *αὐτοφονίας* gloriam adamabant. Sen. *Epist. 12. 17. 24. 58. 71. 78.* Furtum ratio prohibebat; Sparta, subtile si sit et ingeniosum, laudabat. Plutarch. in *Lycurg. pag. 89.* Patris tueri vitam, ratio suadebat; plurimi vero Parentes, senio confectos, mactabant, et corpora defunctorum cupediarum instar habebant. Mela de *S. O. Lib. II. Aelian. V. H. Lib. IV. cap. 1. Herodot. in Thal. nro. 99. Strab. L. XI et XV.* Abhorrebat ratio a commixtione incestuosae sanguinis; Persas vero nullus ideo occupabat horror. Theodor. *L. IX. Θεραπευτ.* Horum quippe demum exemplis discimus, quid sit tradi *εἰς τὸν ἀδοκίμον*, quidque sit, vim *συντηρήσεως* sepelire, quamque vere de iis, ex Spiritu sanctissimi afflatu, fuerit pronuntiatum: *ἐμαρτυρήθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, ἃ ἐσκοπίθη ἢ ασόνετο αὐτῶν καρδία. Φάσι μὲν γὰρ, εἰ αἱ σοφοί, ἐμαρτυρήθησαν.* Verum itaque Deum, ex operibus creationis cognitum, dum digno minime prosequerentur amore et cultu, stolidi, prouique in flagitia, a quibus vel cultior alias abhorret natura, evadebant, et a *λατρεία λογικῇ*, ab Apostolo hoc magis requisita, perquam alieni. Externa, cerimonias, lustrationes, sacrificia, ab impurissimis oblata, confestabantur, quo Numinis cultu, iudicante Domino Buddeo, *nihil ineptius, nihil stolidius, aut Deo indignius, vel ipsa ratione iudice, cogitari poterat, quoque efficiebant illud, ut plurimi ex ipsis Ethnicis omnia Ethnicorum sacra irriferint, omniumque exponere ludibrio, non dubitauerint.* De statu *Ecclesiar. Apostol. pag. 46.* Erant hi illi *ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι*, et quos lapidibus similimos, si quid sani praestare debeant, velut Orphei admota harmonia, in mansuetos homines transformandos esse, ait Clemens Alexandrinus *Admon. ad Gent. p. 3. D.* Sunt hi, quorum vita vere *μαλας* plena, et

ἀλογῶν, περιεργασία, immo ἀναδησία, in quam Lothi uxor, obrigescens
 in statuam, dilabebatur, facta videtur, iuxta *eund.* pag. 62. C. D. *item*
 pag. 68. D. Quid mirum igitur, qui in vita adeo frequenter delirarunt,
 eosdem nec in sacris rationem secutos, quin potius perversa plurima,
 dictaminique sano contraria, fuisse molitos? Deprehendimus hic
 talia, quae a propriis derisa sunt auctoribus, quaeque, ceu stultissimae
 ineptissimaeque fabulae, sese ultro refellunt. Franc. Balduinus, in *Pro-*
leg. ad Minuc. Octav. Quid, o participes rationis, cum Arnobio hic ex-
 clamare licet, *audetis homines proloqui, quid effutire, quid promere te-*
merariae vocis desperatione tentatis? Cont. Gent. L. I. p. 13. Et in primis
 p. 150. O *Abdera, Abdera!* quantas vias irridendi talis, si apud te esset,
 fabula ita constata? alibi inquit lib. V. p. 156. Conf. Io. Sartorius de *hy-*
poricis Gentilium circa cultum Deorum, ubi, quam propria sua deriserint
 sacra Gentiles, eundo fere per singula, docet. Eiusmodi scilicet, qua-
 lia adhuc hodie apud Iapones, Sumatram inhabitantes; et America-
 nos quosdam, inveniuntur, tum quoque alebantur ingenia, irrationa-
 bilibus et brutis propria, cum Clasenio merito appellitanda. *Theol.*
Gentil. P. I. p. 17. Clemens Alexandrinus, cum Gentilibus quaedam
 absfona in sacris obvia, obiecisset, τὰ σύμβολα, inquit, τῆς μνήσεως
 τῶν θεῶν, ἐκ περιεργασίας παρατεθέντα, οὐδ' ὅτι κινήσει γέλωτα, κἂν μὴ γε-
 λάσαι ἐπεισιν ὑμῖν, διὰ τῆς ἐλέγγου; et deinceps statim, χλεύη τὰ μυ-
 στήρια quaedam subiungit. *Admon. ad Gent.* p. II. A. B. *vid. etiam* Minuc.
Felic. Octav. p. 227. *Voss. de Idololat.* lib. IX. c. 6. p. 451. sqq. Micrael. *Eth-*
noprobron. lib. II. p. 46. Euseb. *Praeparat. Evang. lib. II.* p. 51. B. 61. b. 63.
 B. 64. A. 68. D. *et alibi passim*, Lucian. περὶ Σουσιῶν, *Tom. I.* p. 362. Tor-
 queat se E. B. H. de Cherbury, nec insulsam bardamque Gentilium fu-
 isse religionem, evincere conetur, per omnia id certe nunquam effici-
 et. l. c. cap. 14 pag. 168. Efferat eam atque dilaudet, ceu minime inve-
 nustum, qua fortasse sanior tunc temporis non profutisset; l. c. p. 180. cer-
 te, per omnia nec sibi met ipsi constat, qui p. 182. sacerdotales ineptias
 risu dignas agnoscit, p. 1. vero statim multa insana atque inepta hic se a-
 nimadvertisse fateatur. Qualicumque se ratione expedire instituat, quam
 certus in sua sibi sententia esse videatur, partim, quae iam a nobis sunt
 allata, partim etiam, quae nunc ulterius sequentur testabuntur, atque ad-
 eo simul veritatem asserti nostri, in Thesi supra expressi, fusius docebant.
 Id enim, superatis iis, quae viam tantisper nobis aditumque parabant, iam
 serio agendum est, ut, quia ratio sub moderamine spectata, in quibus-
 dam

eam fidei capitibus, quae simul sciuntur, in cultu etiam nostro locum habere potest, potiora, quae in Gentilium sacris cum recta ratione pugnare vidimus, perlustremus, et quia non omnes semper idem occupat stupor, vel ipsis saniorum quorundam Gentilium sententiis, incongrue admitta convellamus.

V.

Duos confingere Deos, et summa principia rerum, *ἀλογο!*

Oromasden vel Orimasdem alterum, alterum Arimanium, bonum scilicet ac malum Deum, Zoroastres primum (docente illud Consultissimo Socero nostro, D. *Waechtero*, suffragante exquisitissime hic docto *Irigio*, Append. ad *Dissert. de Haeresiarch.* p. 66.) deinceps vero Persae, quos Manichaei imitabantur, admisisse feruntur, ut adeo principia haberent, unde diversi admodum ac dissidentes rerum eventus manarent. vid. *Mornaeus, de Verit. Relig. Christ. c. 2. p. 31. sqq.* Persae ideo Festum celeberrimum (vitiiorum interitum vocabant) agitabant quotannis, in quo serpentes, aliasque feras et solitarias animantes, egregio pietatis argumento, teste *Agathia*, offerebant, bonorum auctori Deo sic pulcherrime se operari, Arimanio vero negotium faceßere, putantes, quae fusius ex *Herodoto*, *Augustino* et *Epiphanio* demonstrat *I. C. Bulengerus, Eclog. ad Arnob. p. 310. sqq.* Ne nugari hic cito desinerent Persae, Oromasdem luci, Arimanium tenebris assimilabant, quorum alteri, priori, *εὐλαία*, et *χαριστήρια*, alteri vero *ἀποθήματα* et *σκόθια* sint offerenda; Deos quoque, *Ἐνοίας* scilicet, *Ἄσθείας*, *Ἐνομίας*, *Σοφίας*, *Πλάτης* &c. generasse Oromasdem, nec sterilem ac orbem fuisse Arimanium, quae sollicitius congesta videas a *Richard. Montacutio*, in *Orig. Eccles. L. I. p. 177.* Zoroastri *ἀντίτεχνοι* Dii isti appellabantur, qui et tertium interdum, *Mithram*, Persis *μειστήης* dictum, superaddebat, iuxta *Plutarchum, de Isid. et Osirid.* Arimanes *αἰδής* Persis iisdem, secundum *Hesychium*, aliis vero *πονηρός δαίμων Περσῶν*, Deus item *ἀποτροπαῖος*, seu averuncus, qui furvas ademeret hostias, immo *σατανᾶς* etiam, quem *Ζαοβάδην*, vel *Ζαράμ* genuisse, *Theodorus Presbyter* apud *Photium* ait, audiebat. vid. *Buleng. l. c.* Simile aliquid huic doctrinae continet ea Gentilium opinio, qua homini, simul ac natus editusque in lucem erat, bonum malumque Genium attribuebant, iuxta *Orphei* illud:

Δαίμονα τ' ἠγάθειν, ἔ δαίμονα πύμονα θητῶν.

At

At enim, dum Deos illos, supra nominatos, summa rerum principia credebant, et dignitatem longe superiorem iis assignabant, discrimen, quod inter Genios, Deosque illos supremos interfit, faecile apparebit. Ceterum antiquissima pariter, novisque subinde defensoribus culta ac innutrita pestilens haec sententia fuit. Ex Noachicis Praeceptis, perperam a posteris intellectis, quod omnes, quotquot hic aliquid tradunt, docent, ea haud dubie manavit, et Legislatoribus, sapientibus alias fatis, de mali fonte inquirendo sollicitis, se maximopere approbavit. *Plutarch. l. c.* Fabulis, quod fieri assolet, haec apud Gentiles involuta leguntur; Ovum quippe illud, quo mundum nominant, ab Oromaste factum, Arimani insidiis, Geniorum malorum ope perforatum, bonaque sic malis, mala permista bonis, certamina item inter utrumque orta, quae si desinerent, pacem demum aliquando inter homines expectari posse, somniant. vid. *Voss. de Idol. l. c. 5. p. 34.* Aegyptii, quod antiquiores inchoaverant, hic ulterius pertexebant, cum ad principium bonum, Osiridem, κατ' ἐξοχὴν tale, et malum, Typhonem, omnia referrent, qua de re, tricus alioqui Sacerdotum involuta, pluribus vid. *Plutarchus, l. c.* Sequebantur Philosophi, Pithagoras, Empedocles Agrigentinus, provocans ad principium, modo ἐνωτικόν, modo διαίρετικόν; Plato etiam, aliquando incautus, minimum duas alicubi mundo animas affingens. Num Romani ac Graeci in genere hic affine aliquid docuerint, quando, pro diversis effectibus, Numina bona alia, alia laeva constituebant, et haec victimis cruentis, illa ludis delectari, censebant, alii videant; nos Manetem hic imprimis, duplex asserendo principium, cum aeternis lapsus, et patriae errorem secutum, apud Epiphaneum et Augustinum legimus. Curam, quantamcunque velit, in asserendo adhibeat, nolit alterum illud principium vocare Deum, Hylem seu Daemonem appellet; vim creandi quousque ipsi, quod agit, attribuit, insulsam, impiam ac detestandam merito sententiam propugnare, existimatur. vid. *Voss. l. c.* Nec Marcion, Haereticus tandem excoxiatus, et Satanæ primogenitus, ex *Polyearpi* elogio, procul hinc ablutit cum suis *Divitis*, *Prudentio* ita, in Praef. *Hamarrigentiae*, appellitatis; cui *Tertullianus* iam tum duos Deos, ceu *duas naufragii Marcionitici symplegadas*, attribuit. *B. Ittig. de Haeresiarch. Sect. II. c. 7. p. 132. seq.* Deum in his Principiis alleget et Hylem; Hanc tamen etiam describit ut Deum, ut adeo, iuxta *Augustinum*, de opere hic agendum sit, non de nomine. *Weismann. H. E. Nov. Test. Sect. III. p. 201. Dn. Wolffii Manichaeismus ante Manich. p. 5. 10. sqq.*

“Αλογος

"Αλογῶ proinde dimoveatur procul sententia, et opinio, quam, ceu absonam, Fausto Manichaeo, homini non plane obtruso, placere potuisse, Vossius miratur. *l. c. p. 38.* Cultum ea, malo Daemone destinandum, secum fert, Dei unitatem, quam Gentilium sapientiores statim adstruent ipsi, evertit, Deos inter se dimicantes et altercantes fingit, duosque omnipotentes, quorum alter alterum vel destruere, vel non destruere potest (sifumant, quodcunque velint, utrumq; absonum, et a ratione alienum est) ponit. Turpe est, venerari Deos, pacis publicae Statores, et adversis tamen inter semetipsos frontibus collisos, quod alibi τοῖς ἔξω Athanasius obiecat, ἐνασίστας καὶ μαχομένους ἀλλήλους θρησκείας inter se habentibus; His scilicet Crocodilum coli, aliis esse abominationi; Leonem his esse Numen, aliis bellum necandam; His piscem dedicatum esse in Numen, qui tamen alibi capiatur hamo. Arhanas *contr. Gent. p. 20.* Non repugnat, ut redeamus ad ea, de quibus diximus, idem et simul utile esse, et noxium; nunquam confictari desinerent hi potentes, cum ergo quiescerent, superior eorum aliquis esse, haud dubie videretur. Aequum moraliter malorum naturam, qui cautius rimatur, aliquid inveniet, quo deprehenso, non opus habebit, ut ultra hominem ad Principium aliquid peculiare et summum ascendat. Deo bono lucem et aetatem, malo tenebras et hyemem dissentientes attribuebant, cum tamen illud utrumque saepius malum, hoc vero utrumque bonum insigne saepius afferre possit. Bonum ergo et utile creatum est quodvis; malum et noxium sit nostra culpa, nec tamen eo minus ad bonum principium refertur. Omnia sunt a Deo, quatenus sunt; quando deficiunt, naturam a Creatore datam, ipsa deserunt, et malum adeo, τὸ ὄντως μὴ ὄν Platonis dictum, introducunt. vid. Morn. *l. c. p. 31. sqq.* Panfa *in Oscul. Theol. Ethn. et Christ. p. 53.*

VI.

Multos et innumeros prope admittere Deos, ἀλογονῶ.

Difficile Gentilibus vel ipsis erat, Deorum inire numerum, hinc simul et ideo in precibus πολυλογίαῖν amabant. Thebanae mulieres, versiculis amplius centum, apud Aeschylum, in urbis periculo ideo supplicationem absoluebant; et Diana, apud Callimachum, eadem ex causa a Iove cum virginitate τὴν πολυομιλίαν petebat, ne aliquem forte Deorum praeteriret, immo, ut casu veluti, cum in angustiis, quem Deum Deamq; iam invocare deceat, ignorarent, Deum convenientem et opportunum simul vocarent. Danh. *in Dramat. sacr. p. 38.* De Gentilium Theo-

D

goniis

goniis alibi erit dicendi locus. Deos supremos, numero duodecim, miratur Clemens Alexandrinus, *Admon. ad Gent.* p. 16. C. Ὀχλον plane τῶν Θεῶν venerabantur amentes, dum varios Ioves, Arcadicos duos, unumque Cretensem, varias Minervas, numero quinque, Apollines item, Aesculapios, Mercurios et Vulcanos varii generis, habebant, dubii saepe, incertique haerentes, ad quem potissimum, opis indigi, confugerent, Deorum filios apud sapientissimos quoque Gentilium invenimus. *l. c.* p. 17. 18. *item* 589. Dii prodeant (triginta millia Oenomaus et Hesiodus in *Θεογονία* supposuissē feruntur) coelestes, terrestres, aquatici, hi vero iterum marini, fluviales, fontibusque praefecti, porro agricolis adstantes, sylvestres, pastorales, montium curam habentes, consultores item, iudiciales, et qui ex antiquioribus sunt plures; Coloniae sane Deorum, per univēsum veluti dimittebantur orbem, cum singulae fere Gentes aliquid sibi eligerent, quod honore summo afficerent. vid. *Natal. Comit. Mythol. Lib. l. c.* 5. p. 8. *seqq.* In tres classes Deos, Poëticos scilicet, Philolophicos et Civiles, Scaevola, Pontifex Maximus, memoriae iuvandae causa, iam tum distribuerat; Kromayer. *Scrutin. Relig.* p. 27. Et Caecilius gloriatur, quae apud alios populos singulae colerentur Numina, coli universa Romae, quandoquidem peregrini etiam Dii, Romuli licet ac Ciceronis sententia Roma profcripti, civitate veluti iterum donabantur, ut merito Roma, ab Athenaeo alias ἐπισημη τῆς δικημένης dicta, a Theophilo deinceps ἐπισημη τῆς δεσποδαμοίας, propterea, quod iuxta Tertullianum, conventus Daemoniorum, curiaque Deorum in ea confederat, ibique quidvis colere, praeter Deum verum, licebat, appellaretur. Francisc. Balduin. *Proleg. in Minutii Fel. Octav.* Cum Eleusini Cererem, (Mela de *Situ Orbis Lib. II. c.* 3.) Epidauri Aesculapium, (Arrianus de *Rebus Gest. Alexand. L. VII. p.* 157.) Chaldaei Belum, (Seldenus de *Diis Syris syntagm. II.*) Taurii Disnam. (Serv. *Lib. VI. Aeneid.*) Mercurium Galli, (Caes. *Comment. de bello Gall. Lib. VI*) alii alios colerent, universa haec adoravit Roma. *Roma civitas maxima, Numinum cunctorum cultrix*, Arnobius inquit. *Lib. VI. Cont. Gent.* p. 115. *Conf. Minutius Fel. p.* 45. *seqq.* Et quid multis, πολυθεότητι Gentilium attinentia, recensemus, cum primo omnium hoc dogma elucere velut ex Gentilium Theologia videatur? Recentiora exempla vid. apud Voss. *l. c. Lib. I. c.* 37. p. 271. *seqq.* Arnobii verba, quibus false Gentilibus illudit, quod pro numero eventuum, actuumque humanorum, Deorum sibi numerum effinxerint, vid. *Lib. III. c. Gent.* p. 108. *seqq.* *Conf. Prudentius. Ed. Weitzii p.* 157, 395. *seqq.* Sua cuique Deus

Deus sit *dira cupido*, questus dudum Poetarum Princeps fuerat; *Aeneid. Lib. IX.* aliique, cum *Propertio*, missio vel Deo summo, alium quaeſiverant, *Lib. III. Eleg. 24.* indicio manifesto, non invenire in tot Deorum historia infelices, ubi vel modice figere pedem et conqueſcere poſſint.

Ἄλογον hoc institutum eſſe, ſua nunc ſponte apparet. Pro more E. B. H. de Cherbury emollire hanc Gentium inſaniam cupit; *l. c. c. 1. pag. 1. 2. c. 3. pag. 13. pag. 117. et alibi.* At rationes pondere deſtituuntur: nec enim nuda excogitaſſe nomina, nec actionem ſemper Dei eſſe, ubi novus ſingitur Deus, nec uni tantum DEO, Summi et Maximi attribuiſſe titulum Gentiles, vel leviter haec Sacra intuenti patet; ne dicam, inſtitutum, etiam hac mente ſuſceptum, ἄλογον tamen ſimul aliquid ſecum tuliſſe. Agnovere ſapientiores ex inſipientibus his, cum ſerio eſſent rebus intenti, vel ipſi, ſociorum inſaniam, *Μονάδα* Deum ſummum, qui ſe ad reliquos Deos, ut *Coryphaeus* ad chorum habeat, *Pythagoras* agnoſcebat. *Lactantius, de Ira c. 11.* Serio ſcribebat *Plato*, cum ab uno Deo auſpicabatur, *Epist. XIII. ad Dionyſ.* tametiſi de loci huius *Platonici γυναικῶν*, cum aliis vehementer dubitet *Cudworthus*, quandoquidem in *Timaeo*, *Epinomide*, *librisque de legibus*, Solem, Lunam ac Stellam inter Deos retulerit *Plato*, inferiores licet, Principique Deorum ſubiectos. *Cudworth. System. Intellect. huius univerſ. p. 403. ſq.* *Euseb. Praep. Evang. Lib. II. c. 13.* *Scherbius, Diſſert. de Scriptis Aſtor. Acroamaticis et Exotericis Theſ. 48. ſeqq.* Mortem citius oppetebat *Socrates*, quam perverſae ſtupidorum πολυθεῖα τητῆς ſubſcriberet. *Ariſtoteles* ad Motorem unum, et Ens entium confugiebat. *Lib. VIII. Phyſ. c. 6. L. XII. Metaphyſ. c. 7. vid. Minut. Felix p. 42. Thomas Aquin. L. I. cont. Gent. c. 42. Auguſt. L. II. de Doctr. Chriſt. c. 4. Lactant. de Ira Cap. 11. Pfann. Theol. Gentil. pag. 53. ſeqq. 65 66. ſeqq. 70. ſeqq.*

Εἰς ἕν' ἀντοſεβῆς. ἐνὸς ἐγκύρια πάντα τέτυκται,
Orpheus inquit, apud *Clem. Alex. Protrept. p. 36.* Deum, non Deos, invocallē Gentiles, ſi quid inopitati acclerit, *Arnobius* obſervat; *Lib. II. ab init. c. Gene.* Eſi quandoque plures aſſerebant, vulgo iſtud, ſibi metuenti tribuendum erat. *Laërt in Euclid. p. 159. Senec. de Benef. L. IV. c. 8. Pfann. l. c. c. 2. p. 70. 73. 75 etc. Gaſſend. de Phil. Epicuri Tom. II. fol. 53.* Vnum etiamnum venerantur Deum diſſitae, perditiffimae quae, ac ſuis tenebris ſepultae Gentes, cui tamen Deos inferiores, *Biruma, Wiſchtenu, Rudiren, Mâieſchuren, Tſchatârſchirwum, Winâiagen, et Subbirâmâniem*, ſubiiciunt, creatos illos quidem, at tamen orbis dominos, religioſeque perinde colendos, *Bericht derer Daeniſch. Miſſionar. VII. Contin. p.*

413. Quid intenderint eruditi, tot Deorum Dearumve excogitando numina, velut promulside data, Celeberr. *Loescherus, Nov. Antiq. A. 1708. p. 62. seqq.* docuit, qui et alibi de tot Diis Graecorum imprimis fabulas, unde venerint, Homeri sigillatim, Hesiodique aetate, quomodo Eratothenem ac alios earum ceperit satietas, quomodo Deorum Genealogias immutaverint, Deamque aliquam coelestem, immo I A Ω (qs. 1177) ac Sabazium (qs. a Zebaoth vel Sabbatho) venerati fuerint, exquisitissime exposuit. *l. c. A. 1707. p. 852. seqq.* Quicquid hominibus priscais erat beneficum, operis praeclari inventor, quicquid imprimis antiquum, hoc invidis insuperque saepe ignorantibus Poëtis Deus, ac descendisse de coelo, visum est, dum, *sentiente Erasmo, Gracciam non agmina, sed maria deorum implebant.* vid. Dn. Buddei *H. E. Ves. T. p. 246. sq. Roëfibelius de Teletis, sive Theol. Graec-Physica p. 5. sqq. Conf. Seldenus de Diis Syris, Proleg. c. 3. p. 25. sqq.* Singulas actiones, vel affectiones quoq; divinas, (plura ne nunc commemorem) in divinas convertebant Personas, *Augustino* ideo, *Lactantioque* indignantibus diu, ex quo adeo fundamento non poterat non et Gentilium *πολυθεότης*, et Valentinianorum ac Gnosticorum Aeonis suboriri. vid. *B. Neumannus, de Trinit. Platonismi vere et falso suspect. p. 40.* Sapientissimum est Dei regimen, quo orbem hunc universum gubernat, ut vel hic etiam imprimis valeat Homericum illud:

ὅτι ἀσαθὸν πολυκοίρανι, εἰς Κελρῶν ἔτα.

vid. Celeber. Reinhard. *Theat. Prud. elegant. p. 193.* Vossius de *Idolol. Lib. I. c. 2. pag. 8. seqq.* Mutius Panf. *l. c. pag. 45. 62. 70. 90. 156. 164. 238. 247. 294. 302.* Natal. *Com. in Mythol. Lib. I. c. 8. pag. 16. item Lib. II. c. 1. pag. 78. seqq.* Poëtis vix saepe verba, quibus *πολυθεότητα* contemnerent, suppetebant; Specimen edidit Lucretius:

*Terricolae lamias, Fauni quas Pompiliique
Instituere, Numae tremis has, his omnia ponit,
Ut pueri infantes credunt, signa omnia abena
Vivere et esse homines, et sic isti omnia ficta
Vera putant, credunt, signis cor inesse abenis.
Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.*

Ouzel. *ad Min. Felic. p. 146.* Et ex *Orphei* sententia:

*Ζεὺς πατρὸς ἐγένετο, Ζεὺς ὕψατος, ἀρχιμέγαλον,
Ζεὺς καὶ Φαλῆ, Ζεὺς μέσση Διός, δ' ἐν πάσι τετυκται.*

vid. Balenger. *Eclog. ad Arnob. p. 16. 17. Conf. Clafen. Theol. Genr. P. I. s. 3. p. 19. seqq.* Huet. *Quaest. Ainetan. Lib. II. c. 2. Theol. 13. p. 107. seqq.*

Atha-

Athanas, *Admon. ad Gent. p. 41. 42. 47.* Cyprian. *l. c. p. 14.* Fausti *Exam. Theol. Gentil. pag. 20. 23. 42. 43.* Insaniam quippe hi agnoscebant omnia in eo ceteroquin accusandi, quod, cum auctoritate simul valerent, nec publicae simul doctrinae, falsae quippe in se et a ratione alienae, derogarent, scriptis, quod corde detestabantur, exponerent, vulgoque meliores sententias inspirarent. Dii multi, si darentur, pares inter se forent, vel impares: utrumque dicere repugnat; fingeretur namque Deus, qui non sit summus, id quod vel ipse Xenophanes Colophonius intelligebat. *Lib. I. c. 7. Mytholog.* Summa est DEI felicitas, nihil accipit aliunde, sed omnia in se ipso continet bona; si omnia possideret unus, quid alteri reliqueretur? unus sufficit Creator huius universi, alteri ergo potentia vel non conveniet producendi quippiam, vel si in eo datur, erit frustranea, quod utrumque est absolum. Deorum plurium alter alteri mali aliquid inferre aut potest, aut non potest: fiat quodcunque velit, Deus alter destruetur statim. Illud etenim si fiat, imbecillior non erit Deus; sin hoc, ille, qui intentare aliquid nequit, cessat esse omnipotens ac Deus. Longe plura vid. apud Petr. Chauvin. *de Relig. Nat. c. 5. pag. 45. seqq.* Mut. Panfam. *l. c. 13. pag. 45. seqq.* Natal. Comit. *l. c. l. c. 8. pag. 16. seqq.* Mornaeum *l. c. pag. 20. itemque 37. &c.*

VII.

Deos fluctuantes venerari et inscios, ἀλογον!

Spestat huc lumen illud *μυστήριον* Oraculorum, quorsum, dum Apollinem suum, verius Apollyonem, Pythiique serpentinae consulebant fraudes, insipientes confugiebant. vid. Heins. *Aristarch. p. 18.* Sanct. *ad Daniel. p. 586.* Inveniebant hic quippe, unde *λ. ξα. ἐπιμεία, ἡ ἄδμιας ἀξέστη* εἰχοντα, hauriebant, ritu licet a sanctissimorum hominum consuetudine desumpto. vid. Danhauer. *Dram. Sacr. p. 19. 20.* Nutat alicubi, vel summi Numinis pertaesus, *Propertius:*

*Mens bona, si qua Dea es, tua me in sacraria dono:
Exciderunt furdo tot mea vota Iovi.*

Eleg. Lib. III. c. 24. Fluctuabant cum Diis suis profani, quorum omnis, ex Platonis sententia, Religio *ὄνηθελικὴ ἡ ἐμποικη*, famulatrix et institoria erat. In *Eucyphr. p. 13. et de Republ. Lib. II. p. 363.* Quod alicubi miratur *Tertullianus*, iure suo Gentilium impios mores perstringens, quandoquidem, prout iis commodum esset, Deos modo domestica potestate tractarent, pignorando, venditando, modo etiam mutarent, prout quisque contritus sit ac contusus, dum diu colitur, modo publice in bastario

vestigales haberent. &c. Apolog. adv. Gent. pag. 36. A mendaciorum Doctoribus proficiscebantur effata, quibus sine errore praevidere futura, nunquam datum erat; quae igitur hinc certitudo? falsa, vana et frivola communiter evomebantur, quae vel ipsi Gentiles interdum maxime deridebant. vid. Lucian. Tom II *Dialog Iun Laton, itemque Dialog. Menipp. Amphii, et Triphon, item in Iov. Confur.* pag. 58. Pythia, Claria, Hammonia, Dodonaea &c. intueamur Oracula, fucus venditur ubique, mutum et obscurum signum reportant quaerentes, horrido Dei aspectu perterriti, quod de Iove Hammonio constat; re minime percepta, recedunt, furorem quandam Deastri, quo ignorantia velatur, uti in Pythio, observant, ac ridicule hic agi omnia, conspiciunt. Terrull. *de Anima* c. 46. Peucer. *de Divinat.* fol. 228. vid. Micrael. *Ethnophr. Lib. III. p. 53. seqq. item, 60. 62.* Pythiam *Φιλωσιζεν*, h. e. interprete vel ipso Tullio, aliquid non sinceri fovere, cum Demosthene conqueruntur plurimi huc fugientes. *Cic. de Divinat. Lib. II. pag. 402.* Minut. Felic. *Octav. p. 242.* Multae quotidie praedictiones aliter cadebant, aut in contrarios exitus, frustrata expectatione, torquebantur; Arnob. *Lib. IV. p. 126.* ut iure adeo Apollo *λοξίας* appellaretur a suis, propterea, quod obliqua et flexiloqua responsa dabat. Voss *l. c. Lib. II. p. 368.* conf. Iamblich. *de Myst. Aegyptior. p. 65. seqq.* Lucian. *Tom. II. p. 153.* Plura alia, Oraculis minime convenientia, vid. apud Plutarch. *περί τῆ μὴ χεῖρ ἐμμελέα νῦν ἴην Πυθίαν*, T. II. p. 344. seqq. et *περί τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων*, pag. 409. seqq. Eusebius ceteroquin de ignorantia Oraculorum crassa admodum, testabitur plura, nihil ea scilicet unquam dixisse veri, aperte pronuntians. *Præparat. Evang. Lib. III. c. 17. p. 127.* Fallendi artes aperit alibi *l. c. p. 129. seqq.* vid. etiam *Lib. IV. c. 2. p. 133. seqq. c. 3. p. 136. seqq. Lib. V. c. 2. p. 181. &c.* ubi haec omnia velut ex instituto percentet.

**Αλογοι*, proinde sint necesse est, qui hosce miserrimos Deos, et quae sibi vel ipsis impendeat ruina, maxime ignaros, cultu venerari religioso instituat. Iupiter, Deorum Princeps, humanis aliquando carnibus, apud Lycaonem, saturabatur invitus, interfectum enim filium epulandum sibi proponi, DEVS hic summus ignorabat. Clem. Alexandr. *Admon. ad Gent. p. 23. C.* Nos ratio iubet confugere ad eum, qui plura sciat, quam nos, quique, pro eventuum futurorum varietate, disponere apte queat, nisi frustra opem eius et auxilium implorare velimus. DEVS nulla destituitur perfectione, simpliciter tali, hinc nec praecognitio-

ne

ne futurorum. Mutabitur in sua scientia, cum, quae nescivit antea futura, iam scit, quando eveniunt, scientia non aeterna, et ab eo adeo eiusque essentia distincta. Natura DEVM sinit omniscium, qui preces, lingua quacunq; peractas, vota et suspiria intelligat; ἄλογοι saltim Gentiles Deos Graecarum, aliarumq; literarum rudes et expertes, fingunt. Vid. Lucian. T. II. p. 134. DEVS, qui ἀόζιας audiat et inconstans, qui mutetur in horas, et in sententia fluctuet, a nobis repudiatur, cum Gentilium exemplis edocemur, cultores etiam eiusmodi Deorum per omnem vitam varios, in sententiis incertos, et ubi consistant, nescios evadere, Deorumque adeo suorum mores pessime referre. Vid. Arnob. Lib. III. pag. 111. seqq. August. de ver. Relig. C. I. 2. Athanas. Orat. c. Gentil. p. 25. 26. Cic. de Nat. Deor. Lib. I. p. Opp. 1104. nro. 2. p. 1207. nro. 30. seqq.

IIX.

Deos agnoscere, a corruptionis, immo mortis periculo minime immunes, ἄλογοι!

Familiares Gentilibus erat, ex filigine, vel alio farinae genere, Deos fingere, iisque profus, ut desinerent, vesci; vid. Sanct. ad Ierem. p. 840. perinde ut Mexicani, qui, teste Aosta, Idolum suum notissimum, Vizli Puzli, massa farinacea expressum, populo deluso epulandum proponebant, morem Romanorum, Helleponticum Deum, ex filigine factum, comedentium, imitantes; Martial. Lib. XIV. Epig. 69. ratione quadam, plane inaudita, quam, si secum pensitassent, Thyestes Christianis coenas obiiicere non debuissent. Franc. Bald. l. c. De Bacchi membris, lebeti iniectis, bene coctis, et verubus confixis, Clem. Alexandrinus quaedam commentatur. Adm. ad Gent. p. 12. B. Herculis, Diis certe annumerati, mortalitatem Homerus probat, exequiaeque, cum quinquaginta annos vixisset, mortuo parantur, l. c. p. 19. B. C. Ζωολατρεία Gentilium perinde huc spectat, unde quippe Deos coluisse illos mortales, satis abunde constat. Nauseat mens, nugas has sectari prolixius, adiri ergo possunt Voss. l. c. p. 1126. 1134. 1272. 1274. Sc. Euseb. Praeparat. Evang. pag. 49. seqq. Bornmeist. de Errorib. Hist. Gent. in rebus sac. recens. p. 11. seqq. Pfan. l. c. p. 2. seqq. Kircher. Oedip. Aegypt. Tom. III. Synt. 13. C. I. Spizel. de re lister. Sinens. p. 284. Plutarchus, ubi sic fannis et irrisioni totam sacrosum rationem obiiici, contendit, de Isid. et Osirid. p. 379. D. Clem. Alex. l. c. p. 25. 26. Xenophanes equidem Ethnicorum stultitiam deridebat factis, Aegyptiis inprimis subinde obiiiciebat: ἄτοι, εἰ μὲν θεοὶ εἰσι, μὴ θεηγεῖ-

τῆ ἀύλης' εἰ δὲ ἀνθρώποι, μὴ θύετε ἀνθρώπους. Plutarchus, *de superstis. sub fin.* Idem agebat Minuc. Felix, *nonne ridiculum est, iniquiens, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas?* Octav. p. 167. et Iul. Firmic. unum ex duobus facite, aut nolite eos lugere, si Dii sunt, aut si luctu eos dignos putatis, lachrymis vestris maiestas divini Numinis polluitur. *De Error. profan. Relig. p. 21.* vid. etiam. p. 4. 5. 20. 22. 26. 27. 45. 46. At nihil haec movere poterant insipientes, Bacchum, Titanibus laniatum, recenset Eusebius; *Praeparat. Evang. L. II. p. 64. 65.* C. immo, sepulchra mortuorum Deorum templa nominari, probat idem. p. 71. *segg.* Nullam apud Gentiles atratum ac lugubre agebatur Festum, in quo non sublatis emedio Deos planctibus, lamentis, lachrymisque prosequerentur. *I. c. pag. 78 D. vid. etiam L. V. c. 17. p. 205.* Iupiter Cretae, dicente Minucio, regnavit, illic obiit, illic filios habuit; adhuc antrum Iovis visitur et sepulchrum eius ostenditur, et ipsis sacris suis humanitatis arguitur. *pag. 213* Conf. Lucian, *ἠπι θυσιῶν.* Haec, dum Arnobius mente recolit, haud immerito tandem concludit: *Aut igitur ridendi et vos estis, qui homines gravissimis cruciatibus interemptos, Deos putatis, et colitis, aut si certa est ratio, cur id vobis faciendum putetis, et nobis permittite scire, quibus istud causis rationibusque faciamus.* *I. c. p. 23.* Plura hac de re universa lege apud Athanas. *I. c. p. 11. 12.* Clement. Alexand. *I. c. p. 18. 23. 24. 29.* Plutarch. *περὶ Ἰσίδου καὶ Ὀσίριδος, Tom. II. p. 35. 359. 365.* Natal. Comit. *L. I. c. 9. p. 18. segg.* Sitne hic hominum mortalium cultus, simulacrorum et imaginum veneratione religiosa antiquior, fusius disputare nolum, dum incertis omnia nituntur fundamentis; S. R. Dn. Buddei hac de re suspiciones eruditas videre licet in *H. E. Ver. T. Period. I. Sect. II. p. 247. segg.*

"Αλογον proinde et hoc improbamus et detestamur Gentilis doctrinae caput. *Quid absurdius, Tullius ait, quam aut res sordidas atque deformes Deorum honore afficere, aut homines iam morte deletos, reponere in Deos, quorum omnis cultus futurus esset in luctu?* *de Nat. Deor. L. I. p. 1208. nro. 38. vid. 1207. nro. 27.* Deus nullum Principium agnoscit, se potentius, quo destruat, nullum, intrinsece ruinam minitans, cum sit summe absolutissimeque simplex; nec ipse ad interitum inclinatus, obsummam, qua gaudet, sufficientiam; actus hic purissimus potentiam passivam excludit omnem, hinc nulla ratione mutatur, adeoque nec corrumpi, nec mori potest. Gentilium sapientiores loquantur ipsi, et immortalitatem Dei rationibus non proforsus contemnendis demonstrabunt. *vid. Buleng. I. c. pag. 24. segg.*

IX.

Genologiam conscribere Deorum, ἀλογον!

Fecit illud inprimis Diodorus Siculus; *L. V.* Sex masculi enim, Saturnus, Hyperion, Coeus, Iapetus, Crios et Oceanus, et quinque feminae, Rhea, Themis, Mnemosyne, Phoebe, ac Thetis, incertae Deorum originis auctores, ab eo enumerantur. Ex Saturno et Rhea, Vesta, Ceres, Iuno, Iupiter, Neptunus et Pluto; ex aliis alii, dicuntur prognati, quae in compendio videri possunt apud Scharrockium. *D. O. S. I. N. p. 322. seqq.* Cecinit hinc suam *Theogoniam* Hesiodus, ἄλιδρπας, καὶ ἐπιπλαθεῖς παρακβάσας τῆς ἀληθείας, lubricas illas et exitiosas a veritate, uti *Clementi Alexandrino* vocantur, *digressiones*. In *Protrept.* *OO. p. 13. A.* Rectius *Minutius Felix*: Ergo nec de mortuis Dii sunt, quoniam Deus mori non potest; nec de natis, quoniam moritur omne, quod nascitur: divinum autem id est, quod nec ortum habet, nec occasum, Cur enim, si nati sunt, non hodieque nascuntur, nisi forte iam Iupiter senuit, et partus in Iunone defecit, et Minerva canuit, antequam peperit? --- Ceterum si Dii creare possent, interire non possent: Plures totis hominibus Deos haberemus ut iam eos nec coelum contineret, nec aër caperet, nec terrae gestaret. In *Octav. pag. 16.* Conf. *Elmenhorstii Commentar. ad I. C. p. XXXI.* Conf. *Scharrockii O. S. I. N. p. 330. seqq.* Maiorum apud Persas cura propemodum prima erat, πρὸ τῆς δόξας θεῶν καὶ γενέσεως ἀποφαίνεσθαι. *Dio Chrylost. Orat. 49.* Theogoniam antiquorum, Persarum inprimis, non attingo, multi. v. g. *Aristheus Proconnessus*, iuxta *Svidam*, *Orpheus*, iuxta *Cedrenum*, *Cyclus Epicus*, *Musaëus*, *Epimenides*, iuxta *Laërtium*, *Dromocydes*, iuxta *Fulgentium*, *Thamiras Tharax*. *Linus* aliique, in ea describenda allaborarunt abunde. Mirum adeo non est, *Manetem*, *Persam*, *Magorum* favisse sententiae, qua *Oromasdem* alios procreasse Deos, quorum numerum studiose perquirunt, immo et *Arimanium* generandi officio functum, stolidè pinabantur. *Montacut. Orig. Eccles. Lib. I. p. 177.* Id insuper certum est, antiquissimam illam *Theogoniam*, *Graeculos*, qui Deos ἀνθεπαφουσι, fingebant, in genealogiam Deorum suorum crassam convertisse, quod *Burnetius* hic aliquando sapienter exprimit: *Id vitii aut. erroris non raro occurrit apud Veteres, quod Deos nativos statuunt --- atque eadem dent initia Deo et mundo, vel fingendo e materia sua Numina, vel saltem non sine ortu aeterna.* *Archaeol. Philos. p. 339. Conf. idem p. 307 308.*

Matrimonia hinc, fraudibus appetita furtivis, inter Deos copulari, deus Virginitatis repugnantibus eripi et invicis, videas, ut Deorum augetur numerus. Natalem Iovis 14. Cal. Iun. celebrati, observes. Arnob, *l. c. p. 116.* Micrael. in *Ethiopyon. P. III. p. 54.* Natalis Dianae a virginibus, sicut Apollinis a pueris, celebrabatur. Acron. *ad Horat. Lib. II. Od. 12.* De die natali Osiridis videri potest Plutarchus, *de Isid. et Osirid. p. 375.* Deos gemellos etiam alibi recensitos legimus. Clem. Alexandrinus *Adm. ad Gent. p. 64.* Maxima hinc est Mythologorum cura, ut Deorum, quos sigillatim recensent, Parentes filiosque bene recteque describant, quae omnia sine nausea vix legi possunt. Conf. Cyprian. *de vanit. Idol. p. 12.* Euseb. *Praep. Evang. p. 123. C. item 639. seqq.*

Ἄλογον et hanc pronuntiamus iuxta, et repudiamus sententiam. Poëtarum haec saltim esse figmenta, si qui obiciant, iis in fine respondebitur deinceps. Vnum dum agno scimus numen, ab actionibus animalibus, imperfectiones secum quam plurimas, quas ne nobiliores quidem creaturae admittunt, ferentibus, liberum, aeternum item ac simplicissimum Deum, dum ex natura discimus, matrimonia Deorum, natales, aliaque huius generis, qua possumus, severitate improbamus. Audiantur Gentiles: *μία ἀρχή πάντων ἐστὶ ἀγέννητος.* "Ei γὰρ ἐγένετο, ἔκ τινος ἢ ἐκ τίνος ἀρχῆς, ἀπὸ ἐκείνης, ἐξ ἧς ἀρχῆς ἐγένετο, Timaeus inquit. Ἄυτοφυῆ Deum appellat Buripides, et Lactantius ex oraculo refert:

Ἄυτοφυῆς ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀσυφύλωτος.

Τὸτο θεός, μικρὰ τὸ θεῶ μέγιστος ἀγέλωι ὑμῶν.

Vid. plur. *Buleng. l. c. p. 23. seqq.*

X.

DEVM agnoscere, qui vita careat, ἄλογον!

Est scilicet hoc illud, quod Sapientes mirantur inprimis, quando Gentiles, vel ipso sensu renitente communi, deitatis honorem in ea, quae brutis adhuc sunt ignobiliora, contulisse vident. Pfann. *l. c. p. 2.* Aegyptiorum quorundam, Pelasgiotarum speciatim, infania hic elucescit inprimis, cum non Elementa tantum, sed alium quoque ac ceptas Deos, Numinaque adeo, Aesclepiade ludente, ollis inesse nascique in hortis, credidere. vid. Lucian. *Iur. Tragoed. Tom. II. p. 460.* Iul. Firmic. *de E. P. R. p. 20.* Flumina, montes, colles, corpora coelestia, arbores, lapides, terrae fructus &c. longeque nominentur plura, nil horum erit, quod non Gentem aliquam religiose coluisse, constet. *Τῶντα, πῶς ἐγένετο ἐξ ἑνός;* Lucianus merito quaerit. *l. c. p. 152.* vid. Ioh. Acoff.

Hist.

Hist. Lib. V. c. 5. Buleng. l. c. p. 277. Ουρανολατρείαν, Στοιχολατρείαν, μετεωρολατρείαν, &c. alii fusius describant; res, ceu maxime nota, evolutionem prolixiorum non meretur. vid. Voss. Vol. I. p. 689 seqq. 713. seqq. 779. 309. seqq. 393. seqq. 585. Sc. per integros prope libros. Philo opp. p. 822. Iambl. l. c. p. 128. Athanas. l. c. p. 9. 10. item 29. seqq. Lucian. Iup. Tragoed. Tom. II. p. 152. Micrael, Ethnoph. P. III. p. 49. Euseb. Praeparat. Evang. p. 17. seqq. item Demonst. Evang. p. 157. 160. Cic. de Nat. Deor. p. 1207. nro. 24. p. 1220. nro. 36. seqq. et longe plures. Frigidam hic, quod solet, iterum affundere male sentientibus conatur E. B. H. de Cherbury, sed vere frigidum negotium procedit omne, cum talem creatis cultum exhibitum ait, non qualis summo Numini, sed qui praecipuis eius ministris conveniret; de Relig. Gentil. c. 5. p. 20. quasi scilicet hoc aequo Deo animo ferre posset, quasi que honor, creatis a Gentilibus exhibitus, non Deo vere fuerit debitus et certe religiosus. Sibi insuper Apologeta, in proluxa disquisitione, quam l. c. a. p. 20. instituit, nec ipse constat, quin saepius sibi potius adversatur, et causam non bonam patrocinio fieri peiorem, satis abunde probat.

Ἄλογον a nobis stultitiaeque plenum dicitur subinde istud Gentilium institutum. Quod creatorum numero comprehensum, conspiciunt, id DEVM vocant; quod ratione destituitur, ab eo consilia petunt, ad illud in adversis confugiunt; quod saepius mutatur, et sua concidit fragilitate, in eo Tutorem verumque rerum suarum Praesidem invenisse se, arbitrantur. Tacet, pluribus hominum perversissimorum detestari mores, quibus quippe, iuxta Aquinatem, eadem contigere, quae eunti ad curiam Regis, qui, volens videre Regem, credit, quoscunque bene indutos & in officis constitutos, Regem esse. vid. Scharrok. l. c. p. 319 seqq. Sapientior Aristoteles erat, Θεὸς δὲ, inquit, ἐνέργεια, ἀθανασία, τὸ το δὲ ἐστὶ ζωὴ αἰδίον, ὡς ἀνάγκη τῷ θεῷ κίνησιν αἰδίου ὑπάχειν. Lib. II. de Coel. cap. 3.

XI.

Sacra profiteri, in quibus spurca multa et castis auribus oculisque ingrata admittuntur, ἄλογον!

Talia vero Gentilium haud dubie erant, adeo, ut pauca saltem de iis allatur, praefari cum Eusebio habeamus necessum, ἐκ ἀδόξου ἀγορευσῶ ἀναφαιδὸν τὰ κειρομμένα λέγειν, ἀπροσκυνῶν ἐκ ἀειμένεσσι, me (recondita positurum in lucem) nec pudor ab iis proferendis revocabit, quae vos divinis honoribus colere non pudeat. Praep. Evang. Lib. II. c. 3. p. 63, et 68. Stupri

merces, quam Danaen violaturus Iupiter, numique aurei, quos largiter in sinum eius effundebat, notissimi sunt, siquidem aureo ideo imb're delapsus, Poëtis, ne Dei forsan periclitaretur maiestas, perhibetur. Vid. Lactant. *de falsa Relig. L. I. c. 11.* Alibi idem Iupiter *αἰσυλοεργος*, rerum nefariarum perpatrator, Poëtis audit, qui genuit, coivitque cum Proserpina, filia sua post matrem Cererem, oblitus prioris sceleris, Pater idem et corruptor puellae. Clem. Alex. *l. c. p. 11. vid. idem p. 10.* Lucian. *Tom. II. Merc. p. 128. 129.* Euseb. *in Praep. Evang. p. 64.* Qua ratione haec sacra, sacraque sua haec Numina deriserit uterque Seneca, videri potest apud Philosophum, *de brevit. vitae. c. 16. et Tragicum, in Hercul. furent. Act. I.* Iubilunonis de Iove omniproco, quere las copiose exponit. Venus *Φιλομήδης* dicta, quod exorta dicebatur *ἐκ μηδῶν* h. e. genitalibus, Caelo abscissis, iisque salacibus adeo, ut secta quoque undam ipsam constuprarint, Dea colebatur. Clem. Alex. *l. c. p. 10.* D. Euseb. *Praep. Evang. L. II. c. 3. p. 63.* C. Sabyorum mysteriorum signum est *ὁ δὴ ἀπὸ κόλπῃς θεός*, quod referre puderet, nisi idem Clemens pudorem vel ipsi infans Gentilibus hac ratione incutere voluisset. *l. c.* Cepe quoque et allium, Egyptiis, *Juvenali, Prudentio, Minutio Felici, Luciano,* aliisque testibus, eligebantur in Deos, quare, si Pelusiotas speciatim attendas, a cultu eius sibi etiam non temperabant, quod evenire, his terrae frugibus saturatis, solet. *Ut caecam,* Hieronymus, Egyptiorum lustrans delubra ait, *de formidoloso et horribili cepe, et crepitu ventris inflati, quae Pelusiata Religio est;* OO. *in Esaiæ c. 46 Tom. V. 146. B. C.* Vt Symbolice sic saltim Deorum potentiam (quod vel sic itidem satis adhuc obscenum est) exprimere voluisse Egyptios, G. I. *Vossius* autemet. *De Idolol. L. III. P. I. c. 5.* Deos, puerorum, Hillae scilicet, Hyaeinthi, Ganymedis, corruptores egregios illos, quorum similes Summum Bonum obtinuisse, plurimis dicebantur quondam, quid amplius loquar? vid. Clem. Alex. *l. c. p. 21.* Corinthi in Fano Veneris, Strabone teste, plures, quam mille meretrices ministrabant; Deo hortorum, *πλοιστόγη* Priapo, spurciorem nec Diabolus fingere potuisset. vid. Natal. Com. *p. 527. 528. Voss l. c. L. II. C. 7. p. 339. seqq.* Aristoteles, picturas et fabulas obscenas alias in Republica improbens, fieri tamen illas concessit, apud Deos quosdam, quibus Lex lasciviam attribueret. *Lib. VII. c. 17. Politic.* vid. celeb. Dn. Reinhardus, *in Theatro Prud. Elegant. L. I. c. 2. p. 192.* Cloacinam aliquando Deam invenit ac coluit Tattius. vid. Tertull. *de pall. c. 4.* Minut. *Fel. p. 232.* Cyprian. *de vanit. Idolol. p. 12. Vbi magis a Sacerdotibus, Octavius Minutianus*

nus

nus inquit, *quam inter aras et delubra conducuntur supra, traſtantur lo-
nocinia, adulteria meditantur? frequentius denique in acdituorum cellulis,
quam in iſtis lupanaribus flagrans libido deſungitur.* p. 237. Mulieres Phoe-
niſſas ante Idola fuiſſe proſtitutas, Numinique quaerſtum dedicaſſe ſuum,
perſuaſas, τῆν πορνείαν θεῶν αὐτῶν ἱλάσκεσθαι, teſtis copioſus eſt Atha-
naſius, *Orat. cont. Gent. pag. 21.* Deabus inprimis, qua ratione non ca-
ſtitas quidem tutior, quam felicior impudicitia fuerit, videri poteſt apud
apud Minutium Felicem, p. 236. 237. Clem. Alex. *Admon. ad Gent. p. 12.*
B. Euseb. *Praep. Evang. Lib. II. c. 3. p. 66.* et alibi paſſim. Nefanda alia,
quae, quominus afferamus, verecundia prohibet, vid. *l. c. p. 22.* Bacchus
χοῖροςάλης audiebat, turpitudinis ac foeditatis Inſpector, quem, ceu
libidinis Praefectum, colebant. Idem p. 25. 39. 40. Hetruſcis ciſta, in
qua Bacchi delituit pudendum, ac Feretrum, nova religione colenda tra-
debantur, Euseb. *Praep. Evang. Lib. III. c. 3. p. 65. D. item p. 67. C. p. 74. D.*
Huic quid ſimile recenſet Natalis Comes p. 527. De Oſtride et cultu pari
longe ſceleratiffimo vid. idem Euseb. *l. c. Lib. I. c. 1. p. 476.* Credi ſcilicet
vix poteſt, eo dementiae et ſtupiditatis pervenire hominem potuiſſe, quo
tamen devenit omnino, uti, dum huius generis afferre plura, et taedet, et
pudet, id copioſius docent Arnob. *c. Gent. p. 134. ſeqq. 149. ſeqq. 155. ſeqq.*
157. 161. &c. Athanaſ. *l. c. p. 28.* Plutarch. p. 255. E. 356. A. E. 365. B. 371. E.
372. C. 414. E. Iul. Firmic. *de E. P. R. p. 9. 10. 22. ſeqq.* Clem. Alex. *l. c.*
p. 10. D. item 12. ſeqq. Pfan. *l. c. p. 4.*

Ἄλογον quippe pariter, et impium hoc, quicquid tradidere, agno-
ſcent omnes illi, quibus vel mica ſalis ingeniique ſubeſt. Quod homini
honeſto diſplicet, id divino cultui deſtinabatur; ad quae facinora mens
ſana propemodum horreſcit, ea vel Diis iſtis, vel ſaltem religioſis eorum
cultoribus attribuere, nulli dubitabant. Ratione, ita ut ſentirent agerent-
que, minime adducebantur, quod ſaniorum quorundam exempla docent.
Elore ludos, ſumma deſtaſtabiles obſcoenitate, ne Cato quidem ipſe ingre-
di aliter potuit, quam ut exiret. Rader. *ad Marrial. Lib. I. fol. 75.* Roma-
ni Bacchanaliorum obſcoena abrogarunt; plura eruditiffime hic diſeren-
tem vid. cleſber. Reinhard. *l. c. p. 192.* Obiiciebant Chriſtianis homines
ſceleratiffimi ſpurciſſimique quondam, quae in ſacris eorum vigeret, ob-
ſcoenitatem, Franc. Balduin. *Proleg. ad Minur. Fel. Oſtav.* quaſi, neſcio
quid, Preſbyterorum pedibus advoluti, colerent; Minut. *Fel. p. 85.* quo
ſcelere quippe homines deterrimi vel ipſi maxime erant inquinati, illud
reprehendere in aliis ac deteſtari, auſu impudentiſſimo volebant.

XII.

Diis vitia enormia quaevis tribuere, et eosdem illos religiose colere, ἀλογον!

Summi Iovis virtutes, quibus eluxisse fertur, celebravimus modo; at socios faciasque, in hoc capite quam plurimos invenit. Cohortem certe nebulonum, et sentinam sceleratorum pessimam, cui in circulo spectare velut allubescit, is conclavia Deorum ingrediat, et nequit astutos, raptore, adulteros, homicidas, fures, et quis enarraret omnes? deprehensus erit. *Nulla tam detestabilis pestis, Roeschelius rectissime sentit, aut nullum tam immane flagitium memorari potest, quod non pro Deo, vel Dea fuerit habitum. de Teletis p. 6.* Et Eusebius, postquam de flagitiosissimis, inter Deos relatis, disseruisset, quis non extremae, inquit, stultitiae futurum id videat, si homines sanctimoniae ac morum integritatis amantes, primas libidinosi fugitiosique concederent? si maturi atque sapientes, perditae proiectaeque mentis homines; si aequitatis humanitatisque studiosi, eos, qui tantum diritate ceteros et immanitate superarunt, ut sceleratas manus execrandis liberorum Parentumque caedibus cruentarent, augustissimo cultu celebrarent? P. E. Lib. II. c. 4. p. 68. Dedit et hic in pudorem (modo non eiurassent propemodum omnem) profanos, rei Christianae acerrimus defensor, Arnobius, vos vero, inquit, qui vindictes, et eorum (Deorum) contenditis immortalitatis esse propagatores, unum ex his quaevis praeteristis, transistis vestris maledictionibus invulneratum? aut genus ullum est probri tam communi existimatione damnabile, quod in eos conferre, metueritis, vel nominis saltem auctoritate tardati? ut reliqua, στυγνός stolidis obversa, ne attingam. *Advers. Gent. Lib. V. p. 224. seq.* Θεοπέπταια cultus divinus alias vocatur, et illud infert, ut DEVS, ceu Sanctissimus simul et Optimus, colatur; ita vero eum cole- re nefas, qui talis nunquam est. Clem. Alex. *Strom. Lib. VII. pag. 701.* Phydias Atheniensis Iovis digito quidem, dum eum sculpsit, inscribit: ΠΑΝΤΑΡΚΗΣ ΚΑΛΟΣ; at enim cor Iovis et vita, qua patebat, uni- versa digito non respondebat. vid. *idem in Admon. ad Gent. p. 34.* Deae, quibus publica sacra faciunt, apud potentiores quoque populos, scorta meritoria sunt, atque in vulgarem libidinem prostituta; Arnob. *l. c. p. 15.* Acca namque, Laurentia, aliae, meretrices propudiosae meri- to vocabantur. vid. Ouzel. *ad Minut. Fel. pag. 231.* Deos Gentilium non solum non Deos, sed quoque τῶν ἀνθρώπων ἀρχῆς, fuisse, Athanasi-

us probat, qui ad libidines, furta adulteriorum, excusationes delictorum, certamina turpia perquam, ineptias et flagitia quaevis, ad quae Dii isti, fuerint prona, omnibusque his vitiis commaculati, simul provocat et denique exclamat: *quis non in risum abeat, ac detestetur eorum ineptiam? aut quis non in caecinos solvatur?* *l. c. p. 14.* Conf. Euseb. *Præp. Evang. Lib. II. c. 2. p. 54. D. 55. C.* Haud dubie proinde impietatem omnium vicere Gentiles, qui eiusmodi flagitiorum immanitatisque monstra in Theologiae suae mysteria intulerunt, talia quippe vitia, quae, cum in facinerosissimis hominibus deprehenduntur, poenas, legibus constitutas, citra veniae spem omnem, merentur. Euseb. *l. c. L. II. c. 4. p. 68.* Lites Deorum et ritae peculiari hic opera evolvi possent; ubi namque aemulationes et dissidia inter Consultores, ibi res publica in eo versatur periculo, in quo fluctuat navis, cuius nautae et remiges inter se digladiantur, id quod exemplis Burrhi et Senecae apud Boeclerum, *Dissert. Ner. Caes. Thes. 3.* Aristidis et Themistoclis, apud *Plutarch. Apoph. c. 60.* aliorumque, facile ostendi possent. vid. nunquam sine elogio nobis nominandus Dn. Reinhard. *l. c. pag. 813.* Quid Dii expediant, quod sanum sobriumque sit, si intestinis, immo a peritis inter se odiis disiunguntur? Arnob. *l. c. p. 129. 131.* Natal. Com. *p. 74.* Euseb. *l. c. p. 36. 37. 77.* Vitia plurima non attingo; Deos Poeticos Scaevola iam tum agnovit, eosque homines, quovis pessimo, peiores. Kromayer. *Scrutin. Relig. p. 27. Thes. 26.* vid. Lucian. *Dialog. Ζεύς ἐλεγχόμενος* ☉. Cacaedemonem vel ipsum, cum Gentilium nonnulli venerari, neququam erubuerint, vitiorum et quorumvis pessimorum auctorem et architectum Dei loco agnoverunt; Eo vero impietatis prolapsos esse eosdem, testetur exemplum Brasiliensium, itemque, eorum, quos supra duo Principia, crasse admodum Philosophando, agnovisse, diximus, quorum scilicet sibi sic exhibitum honorem callidissime avidissimeque Genius malignus ambit, quod vid. apud Filefac. *de Idololat. Mag. Thes. 4. pag. 15. seqq. Thes. 5. pag. 22. seqq. Conf. p. 48. 55.* Ad Scriptores recentiores, qui, quod hodie homines corrupti Diabolo praesant, consignant, brevitatis studio non digrediemur.

Ἄλογον saltem et in hoc Gentilium fuisse cultum, pronuntiamus. Ter Optimum venerari decet; Et ὁμοίως τῆς Θεῆς etiam a sanioribus Ethnicis Summi instar Boni habebatur: egregie vero stabilitam, felicemque Rempublicam, si has Deorum referre virtutes, allaboremus; Honor, DEO debitus, periclitabitur potius omnis, si tanto sese vitio DEVS conspurcat. Fundamentum insuper legum propemodum evertetur omne, et quae alia sunt,

sunt, quae, ut afferamus, nulla rei exigere difficultas videtur. Musas, secundum quosdam, hoc nomine Gentiles salutabant, quod *μυσῶν*, id est honesta docere homines, credebantur: Euseb. *Præp. Evang.* p. 54. Si de omnibus id Diis asserere potuissent, alii sapientiores causas non fuerant habituri, cur a fictitiis Diis deficerent, et ex alto diuturnae crapulae veterno ad animi sanitatem redeuntes, ac in media caligine mentis oculos aperientes, profundam erroris patrii vacillaniam agnoscerent, et novam aliquam, relicta pristina superstitione, viam inirent. Euseb. *l. c.* p. 68.

XIII.

Ignotos adorare Deos, ἀλογον!

Divina gratia et ex solo, quod a DEO proficiscitur verbo, dum illud, quod in cultu diuini ignotum est, intelligimus, iuxta Clementem Alexandr. *Lib. V. Stromat.* p. 588. mirum videbitur nulli, si Numen aliquod occultum coluere Gentiles, abundante quippe hac gratia, quam repudiabant, destituti. Aras ideo ἀγνώστῳ Θεῷ, vel referente Occumonio, Θεῷς Ἀσίας ἢ Ἑυρώπης ἢ Ἀσβίης, Θεῷ ἀλφειῶ ἢ ξενῶ, inscribent, insana quadam et superstitiosa maxime ratione, quam Divus ipse Apostolus maximo opere perstringit, cum ex interpretatione Chrysostomi, ex Pauli sermonibus de Iesu et ἀναστάσει, siue resurrectione, illud stolidè eliciuissent, Iesum illum et Anastasiam quandam, noua Daemoniorum nomina, vulgare, in animo habuisse, qua de causa ξένων δαίμωντων καταγγελεὺς audiebat iisdem. Selden. *de Diis Syr.* pag. 32. seq. Quam nihil prospiciuerint de Osiride, quamque ambigue, velut de re ignota prorsus, hic loqui fuerint coacti, vid. apud Plutarch. *Tom. II. de Iside et Osiride* p. 362. Vires superasse profanorum, in omnium Deorum peruenire notitiam, Arnobius docet; *lib. III. p. 97.* egregie sic cultum quippe se instruxisse opinabantur, quando cum Coecilio, apud Minutium, gloriari possent, Romanos perinde, uti in Attica, Elide et apud Burdegalenses, ignotis quoque Numinibus exaedificasse aras. Franciscus Balduinus *l. c.* Inueni plane ignotis Diis, Tertullianus inquit, aras profuturas, sed Attica Idololatria est. Item Incertis Diis, sed superstitione Romana est. *lib. I. aduersus Marcionem.* Cap. IX. Plura dabunt Hieronymus in *Ezechielam*, *lib. IV. Cap. 16. fol. 377.* Philostrat. *de Vit. Appollon.* *lib. VI. Cap. 2.* Epimenides, peste Athenis suborta, oues albas et nigras in Areopagum adducebat, iisque dimissis, ut irent, quo vellent, Auctor erat, ut, ubi illae recubuissent, ibi sacrificarent τῷ προσήκοῦσι Θεῷ, DEO Conuenienti; adeo ipsis DEVS ignotus erat! Laërt. in *Epimenid.* vid.

vid. *Vossius l. c. libr. I. Cap. 2. p. 13. 14.* Equidem non ignoramus, DEI essentiam nobis imperscrutabilem manere, et mansuram semper. Τὸ θεῖν ἀκατάληπτον πάντας καὶ ἀνώυμὸν δεῖ, Damascenus inquit, *lib. I. de fide Cap. 13.* Qui dicit, ego sum qui sum, dicit veluti, natura mea est Esse, non dici. Philo, *de Mutat. nomin. fol. 1045.* Rimari in his velle, mentis male sanæ esse, optime constat, cum, Rufino teste, de DEO vera etiam dicere, periculosum sit; *Exposit. Symbol. Apostol. Melius DEVS scitur nesciendo, Augustinus ait, lib. II. de Ordin. Cap. 18.* et fuscæ hæc ex Gentilium Doctoribus, iisque Principibus fere, explicat Huetius: *Quæst. Alnetan. libr. II. Cap. 2. rhes. 14. p. 110.* At enim, res bene habet; Curiose rimari nimis res summas atque diuinas, minime, Deum vero nosse, omnino debemus. DEOS suos, ad quos orare debebant Gentiles, plane ignorasse; ignorasse et ea, quæ scire et poterant et debebant, in DEI ignoti, quem colebant, notitiam non inquisuisse ulterius, id saltim est, quod h. l. desideramus.

Ἄλογον proinde eorum pronuntiamus et segnitiam, et oscitantiam. Sensus veri Numinis, qui multa admodum complectitur, cultum antecedit, et cultum Deo conuenientem, nemo adamare potest, nisi, qualis DEVS colendus sit, probe cognouerit ante. Loquitur quælibet velut herba DEVM, et eum in tenebris latitare, dicere non erubesceremus? Tullius, cum Chrysippi sententiam retulit, qua turbam velut Numinum ignotorum admiserat, concludit tandem, delirantium se Philosophorum somnia exposuisse. *Libr. I. de Natura Deorum pag. 1208. n. 39. 42.*

XIV.

DEOS sibi eligere, in angustiis vel ipsos constitutos, ἄλογον!

Brevitati dum in sequentibus studemus, potior a huc referenda in summis saltim capitibus allegabimus. Venus fauciatâ, apud Virgil. *lib. II. Aeneid.* Mars vinculis cohibitus, apud *Philosfrat. Vir. Apollon. libr. VII.* Saturnus et Rhea, pari ratione afflicti, apud Natal. *Com. p. 115.* Iupiter, reliquorum furori Deorum ereptus, apud *Servium, Libr. VI. Aeneid. fol. 415.* Dii alii, e coelo proscripti, apud Lucianum, *Tom. II. p. 715.* videri simul, et derideri possunt. Saturnus, Serapis, Iupiter, et quicquid Daemonum colebant, victi dolere, quales sint, sæpius eloquebantur *Minut. Fel. p. 254.* Palladium humano ope ex incendio eripitur,

F

tan-

tanto Numini humana suere praesidia necessaria, et ne arderet, humanum quaesivit auxilium. Iul. Firmicus ait, de E. P. R. p. 32. Vid. Lucian. T. I. de Sacrific. p. 364. Tom. II. Ζεὺς ἐλεγχόμενος, p. 119. Euseb. Praep. Evang. p. 193. 195. seqq. Deum cum dolore exfectum, et evnuchum adeo factum, egregie honori Deorum suorum consulentes, nec insipientes alioquin profus confingebant. Ovid. L. IV. Metamor. Arnob. L. V. Fatorum durissimae legi Deos alii subiiciebant. Euseb. Praep. Evang. L. VI. seqq. Voss. de Idololat. L. II. c. 44. p. 549. etc. c. 45. seqq. item 49. p. 576. Celeb. Dn. Reinhard. L. c. p. 246. seqq. Lucian Ζεὺς ἐλεγχόμενος, item Iupit. Trag. p. 429. Mut. Panf. L. c. p. 408. seqq. Deorum simulacra despuebant saepius Christiani, immo pedibus proturbabant; vid. Prud. Cont. Symmach. Tertull. de Idololat. c. 11. et Herald. ad Minut. Octav. p. 77. At perferenda haec omnia miseris Idolis, in angustiam redactis, seque vindicare nesciis, erant. Conf. Arnob. p. 10. 11. vid. inprimis Lib. V. p. 196. 197. Euseb. Praep. Evang. p. 238. Incantatores, quomodo Diis minitanti adversa fuerint, eosque adeo vi quadam cohibuerint, Iamblichus ex Porphyrio docet, se scilicet occulta Isis patrefacere, arcanum in abyssu reconditum, divulgare, membra Osiridis dispergere, aliaque patrare velle, minitabantur; egregios certe Deos, tot cultorum insultationibus expositos! De Myster. Egypt. p. 142.

Ἄλογον et hoc profanorum assertum strictim reiicimus. Ad Numen suos Natura ablegat in afflictionibus inprimis; quod vero expectabo solatium ab eo, qui vel ipse in vinculis gemit, vel aliud quidpiam adversi patitur? Secum Numen ipso contentum saniores sciunt, et ineptias adeo in sacris obvias vehementissime detestantur. Callimachi valeat effatum:

*Esse Deum, si noris, et hoc te scire, necesse est,
Nil non posse Deum.*

Nasonis item:

*- - immensa est, sinemque potentia coeli
Non habet.*

Metamôr. 8. v. 627.

XV.

Lapideorum ligneorumque Deorum, immo eorum insuper, quos deformes interdum maxime effinxere, pedibus advolvi, ἄλογον!

Conficiebant sibi Deos modo ex ligno, modo lapide, auro item, argento

argento, ossibus etiam belluarum et aliis, quae furor amplius ministrabat vid. Cyprian. *Test.* p. 81. 171. *Ge. ad Demetr.* p. 191. Iamblich. *l. c.* p. 9; *seqq.* Euseb. *Praep. Evang. Lib. III. c. 8. pag. 99.* item *Lib. V. c. 13. p. 201.* Quod si in animum quis inducat, Minutii Felicis verba sunt, tormentis quibus, et quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet, timere se materiem ab artifice, ut Deum faceret, illusam. DEVS enim ligneus, rogi fortasse, vel infelicis stipitis portio, suspenditur, caeditur, dolatur, rancinatur, et DEVS aereus vel argenteus de immundo vasculo, ut saepius factum Egyptio Regi, conflatur, tunditur malleis, in incudibus figuratur: et lapideus caeditur, sculpirur, et ab impuro homine levigatur: nec sentit suae nativitatis iniuriam, ita ut nec postea de vestra veneratione, culturam. *Octav. p. 16.* Lites Deorum, uti alter alteri, aureus argenteo, cedere nolebat, vid. apud Lucian. *Tom. II. Iup. Trag. pag. 132. 133.* Egyptiorum Serapis saltim, unde venerit, cuique originem debeat simulacrum, alias optime comptum, reperire vix possunt. Clem. *Alexandr. l. c. p. 30. seqq.* Antiquissimos simulacra non adeo coluisse, Eusebius probat; *l. c. Lib. I. c. 9. p. 27.* Phoenices potius, iuxta Herodotum, aliosque, statuarum auctores facit, additis simul deinceps et illis, quibus obstetricantibus velut, malum istud larius ferpebat, adeo, ut per Cecropem quoque transiisse ab Egyptiis ad Graecos, feratur. Origenes *Lib. VII. cont. Celsum* plura vid. apud Carol. Bilson. *vind. pro Mund. Princip. p. 255.* et Clasen. *Theol. Gentil. p. I. c. 4. p. 28. seqq.* Tales sibi quondam confinxerant Deos, quos mures, hirundines et milvi invadebant, ac, nisi abigebantur, in ore Dei nidificare incipiebant; araneae facies illorum intexebant, et si de loco in locum deferendi erant, machinis opus fuit. vid. Voss. *Vol. I. p. 359. Lib. IX. c. 3. seqq. c. 17. seqq.* Minut. Felix *p. 221.* Arnob. *p. 69. 185. usque 200.* Sapientissimus oraculi essatu declaratus, cum Iovi lapideo divinitatem inesse negasset, indigna patiebatur. Discrimen inter Numen, Numinisque simulacrum, nonnulli equidem fecerunt; vid. Plato, *Lib. XI. de Leg. Athanas. l. c. p. 17.* At nihil ita effecerunt, certe nec vulgo deterior sententia erat indulgenda, ut ne dicam, excusationem hanc in se vanam esse putidamque, cum DEVM verum, vere etiam colere deceat; ταῦτα, μὲν ἄρα ἐκείνοι μισθολογῶσιν, ἢ γὰρ θεολογῶσι. μη γένοιτο, cum Athanasio merito pronuntiamus. *l. c.* Cherbury, totus alioquin in Gentilibus exculpandis, cultum imaginum ipsarum iisdem tribuit, artificumque peritiam in admirationem. immo in religionem transiisse.

ait, l. c. p. 229. vid huc alioquin referenda, prolixè admodum disputata, apud Pfannerum, l. c. p. 301. usque 314. itemque 507 seqq. Miracula, sudorem lachrymasque, edidisse Idola, immo alia patrasse, quae prodigiis annumerari, mereantur, relatum legimus; vid. Virgil. *Aeneid. II. v. 172. & Georg. Lib. I. v. 479.* Lucan. *Lib. I. v. 556.* Cic. *Lib. I. de Divinat. p. 175.* Flor. *Lib. II. c. 8.* At enim vero, ut de imaginariis, magicisque ludificationibus nihil moneamus, in Ciceronis iam sententia acquiescimus: *sanguine pluuisse, Senatui nunciavum est, et Deorum simulachra sudasse: num censes, his nuntiis Thaletem et Anaxagoram, aut quempiam Physicum crediturum fuisse? nec enim sanguis, nec sudor, nisi corpore est.* *Lib. II. de Divinat. pag. 219. &c.* Fuerit per nos Gentilium Religionis scopus praecipuus, tradere eiusmodi, quae feriant sensus, mentesque plebeias fortius percellant; Nimium ex utilitate metiuntur Religionem, eamque, dum sensibus fere accommodant solis, deridendam paullo rerum intelligents propinant. Si Roma sine statuis mansisset, castius, ex ipsius Varronis sententia, Dii fuissent observati. Ap. Augustin. *de C. D. Lib. XXXVI. Verus DEI cultus S. R. Buddeus ait, pura mente absolvitur, et quae sciri de supremo Numine possunt, aut debent, non sensibus, sed intellectu sunt comprehendenda.* Concord. *Relig. et Stat. p. 87.* Idola colere, rationi incongruum videri debebat, magis vero adhuc absonum, horrendas admodum larvas et simulachra, pessima licet forma deturpata, venerari Horret animus fere, cum Priapum, Pana, Satyros, Silenos, Faunos, Sylvanos, et quae monstra sunt adhuc plura, attentius contuemur. *Natal. Com. Lib. V. c. 6. p. 451. seqq. item c. 15. p. 527.* Cum animos semel ταῖς τῶν ἠδονῶν ἀλογίας vitassent, ex animantibus quoque formas ineptas maxime et compositas, immo oculis ingratas, excogitarunt, vid Athanas. *l. c. p. 21. seqq.* Dii hic conspiciuntur caprarii, forma horribiles, cornuti, barba promissa parum differentes ab hircis, glabri senes, naso limo. acutis antribus, calvi, caudas habentes, quos Momus, Lucianus, merito perstringit, concludens denique: *Ἐτα θαυμάζομεν, εἰ κατὰ Φρονῆσιν ἡμῶν οἱ ἀνθρώποι, ὀρεῶσιες ἔτι γελοῖος θεὸς ἔ, τερατίας.* *Lucian. Tom. II. Deor. Consil. p. 710. conf. etiam Tom. I. de Sacrif. p. 369.* Mixtis quosdam corporibus indutos Deos Seneca derisit, qui, si spiritu accepto occurrerent, monstra haberentur Augustinus *de Civ. Dei. Lib. VI. c. 10.* Deos bicipites, immo quatuor horridos capitibus, aliosque monstribus similiores vid. ap. Voss. *Lib. II. c. 16. p. 387. 484. 699. Lib. IX. c. 11. p. 470.*

Born-

Bornmeist. *de Error. Histor. Gentil. in reb. Sacr. recens. pag. 9.* Euseb. *Praep. Evang. Lib. 1. c. ult. p. 41. seqq.*

"*Ἰδωλῶν* inventum et hoc sana ratio respuit et aspernatur. Idola averfatur, five ipsa, five DEVS in ipsis adorentur; In vasto mundi theatro aspici Deus commodius potest, quam in opere unius hominis. Nostrum est, Deo velle assimilari, non, Dei, se assimilare nobis, vel ignobilioribus creatis Lactant *Lib. II. de Orig. Error. Art. 17. 18.* Deum nihil capit, nihil datur, quo omnes eius perfectiones fistantur, ab effectibus delinearari non poterit, et si possiet, nec tamen commode delinearetur. Vid Per. Chauvin *l. c. c. 10. p. 312. seqq.* In Idola, vel ipsi ideo Gentiles miris invehantur sarcasms, quando quidem Horatius ita loquentem inducit Priapum:

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber incertus, scannum faceret ne Priapum,
Maluit esse DEVM. DEVS inde ego furum avinamque
Maxima formido.*

Satyr. IIX. Pari ratione Iuvenalis fere de Iove suo *Satyr. XIII.* Heraclitus eos, qui inanimatis simulachris supplicant, idem facere ait quod, qui cum stirpibus colloquuntur Clem. Alex. *in protr. vid. in primis Lamblich. l. c. Sect. III. c. 28. seqq.* Huet. *Op. Alnet L. III. c. 6. p. 328. seqq.* de Socrate speciatim vid. August. *de V. R. c. 2.* Plura quoque attulit Arnobius. *l. c. L. VI. p. 185. seqq. Minut. Fel. Oct. p. 219. seqq.* Clem. Alex. *l. c. p. 35. 62.* Pfann. *l. c. p. 298.* Athanas. *l. c. p. 15. 17. 22. seqq.* quae omnia, si Idola ipsa destruere et repudiare iubent, multo minus horridas, Deoque indignissimas figuras, corpora varie distorta, monstrisque similima, probabunt.

XVI.

Accidentibus, aut iis, quae plane non sunt, inter Deos assignare locum, *Ἰδωλῶν!*

Non dubitarunt permulti, libidinem et amorem in genere, quod Athanasius inquit, adorare *l. c. p. 10.* Seld. de DIs Syr. *pag. 58. 59. seqq.* Senectutem, quietem, veritatem, alii venerabantur. Voss. *l. c. Vol. I. p. 811. 814. 583. Vol. II. pag. 353. 372. seqq.* Philosophorum quosdam eas, quae sunt in nobis affectiones, metum, amorem, gaudium, spem &c. in Deorum cooptasse senatum Clem. Alex. testetur. *Protrept. p. 12.* In defensionem facinorum, animi morbos, iracundiam, lasciviam &c. Deorum adscripsisse ordini, *hancque defensionem facinorum suorum commen-*

eos fuisse, qua sese purgarent, neque aequam et valde turpem, Greg. Nazian. confirmat. *Orat. II. de Theol.* Apud Graecos Parmenides discordiam, cupiditatem, ceteraque eius generis, ad divinitatem revocavit. *Cic. de Nat. Deor. Lib. I.* Febri publice sanum dicabatur; Orbonae, ad aedem Larium, ara. *Plin. H. N. Lib. II. c. 7.* Athenienses, quod extremae amentiae exemplum erat, contumeliae ac impudentiae sanum fecere, quod *Cic. Lib. II. de Legg. et Clem. Alexandr. Protr. p. 12.* testantur. Spei, et quod ineptius, Fortunae, templi exstructa commemorat *Dionys. Halicarnass. Lib. IX. c. 503.* Mens, Fides, Virtus, Concordia consecratae publice et dedicatae sunt, iuxta eundem, vel templis in illorum honorem erectis, ita, ut qui his virtutibus eminebant, Deos ipsos in eorum animis collocatos putarent, iuxta *Cic. Lib. II. de N. D.* quoniam Dii hi nominales ex ipsius *Ciceronis* sententia, cum res illae sine Deo regi non possent, *Deorum* saltim nomen obtinerent. *de N. D. Lib. II. c. 23.* Poenas quoque et calamitates, unde *Furiae* et *Eumenides* subnatae, et quos *παλαμνάεις* καὶ *περοτροπαίεις* vocabant, *Deorum* instar venerabantur, nec iis quidem praetermissis, quos *ἀλάστορας* appellabant. *Clem. Alexandrin. Protrept. pag. 12. D. E.* Νῆκθ' καὶ Φιλίας, ὃν ἡ μὲν ἐστὶν ἐνώληκῃ, τὸ δὲ διαφευκῶς, Deos dicebat *Empedocles*, quod ex *Plutarcho* *Eusebius* docet. *Praep. Evangel. Lib. XIV. c. 14.* vid. *Pfanneri System. Theol. Gentil. pag. 5. seqq.* De amore, inter Deos itidem relato, *Caecilius* apud *Tullium* in *Tusculanis*, quem

- - - Deum qui non summum putat

Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimat:

Cui in manus sit, quem esse dementem velit:

Quem sapere, quem sanari, quem in morbum iniici,

Quem contra amari, quem arcessiri, quem expeti;

Ita scilicet, observante *Seldeno*, omnimoda fere qualitas, in qua vis inest maior aliqua, Deus censebatur. de *Diis Syr. pag. 58.* Erant haec certa satis, insanac mentis documenta; certiora adhuc, cum res nullibi inveniendas, *Numinis* instar adorarent. Prodeant *Egyptiorum* *Dii κροκέφαλοι*, ὀφιοκέφαλοι, ὄνοκέφαλοι, apud *Libyos* κροκέφαλοι Ἄμμων, et dicto veritas constabit abunde, demirante licet insaniam *Athanasio*. *l. c. p. 10 C.*

Ἄλλοθ' ea est, cui non ulterius immoramur, opinio. Posterio-rem allegare, est confutare; priorem vero, cum accedentibus quibusdam divinum deferebant honorem, suffragiis vel ipsorum *Gentilium* elidimus. *Rerum* haec omnia vint, non *Deorum* habere, *Cotta* apud *Ci-*

Ciceronem ait, *Lib. III. de N. D.* Stultitiam isthanc pari ratione impro-
bavit Plinius, *H. N. l. c.* Substantiam agnoscere Numen sanctissimum,
fas est. Virtus est hominis, salus salvi, honor honorati, Victoria victo-
ris &c. Deos itaque hic exsculpere, insipientis est, et a malo genio turpi-
ter delusi. *Arnob. Lib. IV. l. c. p. 120. 121.*

XVII.

Deos somniare minorum Gentium, dignitate ali-
is inferiores et veluti plebeios, immo homines
Deorum associare choro, ἀλογον!

Pythagoras unum equidem summumque Deum, quem ἀπολλῶνα,
vel etiam ἀπλῶν, simplicem, aut quasi ἀπὸ πολλῶν, a multitudine semo-
tum, appellavit, coluisse fertur; Attamen et ministros Deos, minoresque
agnoscebat, quod ex Onati Pythagorici verbis facile constat: Ἰοὶ δ' ἄλλοι
θεοὶ πρὸς τὸν πρῶτον θεὸν καὶ νοητὸν ἔτιος ἔχουσι, ὡς περὶ χορηγίας, πρὸς
Κορυθαῖον, καὶ ἐραῖονται ποτὶ ἐρατηγόν. vid. Steuchus Eugbin. *de Pe-
ren. Philos. Lib. III. c. 3.* Nos vappae fumus et pusilla culti ruris Numina,
Dii nonnulli apud Pœtā vel ipsi conqueruntur; ad Superum quandam
plebem confugit Ovidius:

*Vos quoque, plebs Superum, Fauni, Satyrique Lavesque,
Fluminaque et Nymphæ, Semideumque genus.*

De Diis rusticanis nihil commemoramus, alias facile de Flora, Pomona,
Vortumno, Tutano et Tutelina, de Seia, Volutina, Patelena, Segesta,
Hostilina, Laſturtia, Matuta, &c. multa afferri possent. vid. E. B. H. *de
Cherbury l. c. pag. 155. seqq.* Homines apud Gentiles coelum conscendisse
velut, et Deorum assumsisse conditionem, tale idem, quod dixi, vi-
deri poterat, quod sapiens merito quivis, qua decet ratione, detestetur,
illo Clementis nixus: *Si existimatis Deos, ne ipsos lugeatis, neque plangatis:
si autem lugeatis, ne eos Deos esse puteris.* Protrept. p. 12. Amplissimum hic
nobis campum Gentilium Theologia aperit, in quem exspatiari, cum
limitum angustiae vix patiantur, fontes et subsidia saltem potiora indi-
casse, sufficiet. Tota huc ἀποθεώσεως religio, institutum illud ἀνόσιον καὶ
ασεβές, uti Eusebio aaudit, *Praep. Evang. Lib. II. c. 4. p. 68.* pertinet, qua alter
alterum singulari consecratione ad Deos evehebat, atque sic sepulcra mor-
tuum, Deorum templa fiebant, quod toto capite exhibita Euseb. *l. c. c. 6.
p. 71. seqq.* Nec minus Lactantius, *coccos, incogitabiles, excoordes, ac non mul-
tum*

tum a mutis animalibus differentes pronuntians illos, qui credant, eos, qui geniti sunt maris ac feminae coitu, aliquid maiestatis, divinaeque virtutis habere potuisse. de fals. Relig. Lib. I. c. 8. OO. p. 27. Iovem, qui generare desierit, non sine sale miratur alicubi vel ipse Seneca, incertus quasi, num forte sexagenarius factus? num lex Papia fibulam imposuerit? num ius trium liberorum obtinuerit, aut ab alio expectet, alteri quod fecerit? *Elmenborst.* Comment. ad *Minut. Fel.* p. XXXVI. Atheniensibus eiusmodi, ut de re barbara barbare loquar, desicandi, a peculiari ritu et consuetudine, ἄξιός τῃ ἀέτιλα dicebantur. Augustus, quod Iulium Caesarem dignum hoc reputaverat honore, κοροπλάτης, *Puparum effector*, Sileno dicitur, in *Iuliani Caesaribus*, p. 19. quod, uti puellae pupas, sic ille Deos effecisset, quod quidem etiam ab aliis deinceps, sed dispari admodum consilio, ex *Plinii* sententia fiebat; *dicavit namque caelo Tiberius Augustum, sed ut Maiestatis nomen induceret; Claudius Nero, sed ut irrideret: Vespasianum Titus, Domitianus Titum: sed ille, ut DEI filius, hic ut frater videretur.* In *sideribu: Patrem intulisti ad metum civium, non in contumeliam Numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis.* *Panegy. c. 16.* vid. *Sueton. Iul. Caes. c. 88.* *Demsterus ad Rosin Lib. III. c. 8.* *Kirchman. de funer. Rom. Lib. IV. c. 13, 14.* *Scharrock. D. O. S. I. N. p. 340 seqq.* *Senec. Epist. 89.* *Plin. Lib. II. c. 7.* *Ruël. l. c. pag. 173.* *Arrian, de Exped. Alex. Lib. VII. p. 501. seqq.* *Clem. Alexandr. Admon. ad Gent. p. 27. 29. 36. 37.* item *Lib. I. Strom. p. 321. 323.* *Natal. Com. pag. 44. seqq.* *Minut. Fel. pag. 157. seqq. 212. seqq.* *Iul. Firm. l. c. p. 15. 19.* *Plutarch. l. c. p. 360. 361. 415.* *Arnob. p. 16. seqq. 139.* *Athanas. l. c. p. 10. 11.* *Euseb. Praep. Evang. pag. 238.* *Cherbury l. c. p. 99. seqq.* *Vossius Vol. I. pag. 276. 800. seqq.* item *p. 70. seqq. 157. 292. Sc. Vol. II. p. 242. seqq.* *Cyprian, de Idolor. vanit. p. 11.* *Tullius certe vel ipse eo devenit, ut Tulliam suam pari consecrare modo auderet, ut Iunonem et Minervam consecraverant quondam, cum scilicet virtute his non videretur inferior exitisse; Attico etiam, quod animo agitabat, aperiebat, at, quod Kromayerus addit, inciderat ille in coelum et seculum, educendis Diis admodum incommodum. *Scrut. Relig. p. 28. Thes. 32.**

*Αλογον utrumque, quod positione una complexi sumus, iure meritoque reputamus. Summus est DEVS, hinc inferior quispiam, qui tamen simul et DEVS sit, cultumque vero alioquin DEO convenientem admittat, ne fingi quidem a sapiente potest. DEI est, coli ab omnibus, venerari nullum, nullius respicere nutum, αὐτοκρατορικῶς moderari omnia.

omnia. Explorata haec erant Luciano, quare indigne admodum Deos illos minutores perfringit. *Tom. II. Ζεύς ἐλαγχόμενος* p. 121. Perinde absoum est et illud, quod ultimo loco in Sacris profanorum notauimus. Hercules, Aesculapius, ubi, et quomodo nati fuerint, fusc describitur; quis vero imbrium rationem habuit, quis tempestates moderatus est prius, quam hi nascerentur, operibus enim his inclariuisse deinceps feruntur? vid. Arnob. *l. c. p. 17. seqq.* Suae sibi dignitatis auctores non erant, sed hominum aliorum liberalitati id omne attribuendum erat; optime proinde meriti, nisi fautores in terris post se relinquerent, diuinitatis gloriam nunquam assequerentur. *Nec de mortuis Dii sunt, quoniam DEVS mori non potest: Nec de natis, quoniam moritur omne, quod nascitur.* Minut. Fel. *Octav. p. 16.* Multa hinc, cuius sexus sint Dii inuocati, profanos habebat sollicitudo, qui in precibus dicere, necessum habebant: *Sive tu DEVS es, sive tu Dea es,* quae merito iis obiicit Arnobius, alibique vel sic Gentilium criminationem, Christianos Christum invocare hominem, eludit. *Contr. Gent. Lib. III. pag. 131. et Lib. I. p. 26.* Vid. Mornaeus de *V. R. C. Cap. XXII. integro, quod Dii Gentilium homines fuerint, p. 467. seqq.* Vulgi hanc saltim fuisse sententiam, nec vere in numerum Deorum homines fuisse receptos, non est, quod obvertatur; *Hermes sane in Aesclepio, apud Apuleium,* citra, quod ad vulgum haec tantummodo accomodat, *hominem iuxta, uti Dominum DEVM Deorum, et opificem coelestium, eorum, qui templorum habitatione delectentur, et qui hominibus viciniore sint,* constituit; ut taceam, nec vulgo illud inspirandum, quin absurdam potius colendi rationem abrogandam, et contrarium a sapientioribus demonstrandum fuisse. Vid. Morn. *l. c. p. pag. 467. seqq.* Minut. Fel. *pag. 151. seqq.* Iul. Firm. *pag. 15. etc.*

XVIII.

Sectari in sacris ea, quae inhumana, et a natura mitiori quavis aliena sunt, ἀλογον!

Ἀθεωποθουλα hoc nomine omnium taxamus maxime, homicidae ab initio fraudibus ad Gentes, (tamerfi Morinus sublesta de Sacrificiis humanis testimonia ingeniose contendat, *Act. Erud. A. 1718. p. 241.*)

Poe-

Poenos speciatim, hic maxime furiosos, delatam. *Diodor. Sicul. L. XX. cap. 14.* Quo primo omnium contagio invaserit haec lues turpissima homines, quoque inprimis incentivo ad mactandos homines fuerint male sani compulsi, multa subinde inter eruditos quaestio fuit. *Καλοζήδεια* Abrahamici facti, cum *Danbauero*, *Kirchero*, *Godwino*, *Bayero*, allegant alii, aliis antiquiora adhuc tempora merito urgentibus. Sic enim Syri, speciatim Cananaci, quos Graeci Phoenices appellabant, ante Israelitarum adventum; adeo huic impietati vacabant, ut ab hoc eorum flagitio Israelitas Deus studiose retraheret, *Lev. 18. 21. 24.* *Dev. XII. 31.* ipsique *Iosepho* Rex *Achaz* filium suum κατὰ τὸ χαϊναναίων εἶδη immolasse, *L. IX. Antiq. c. 12.* immo *Sanchuniathon*, vetustissimo Phoeniciarum rerum Scriptori, ex recensione *Philonis Byblii* apud *Eusebium*, εἰς Θ, τοῖς παλαιοῖς Φοινίξ, receptum, ἀνθρῶποθυσία dicatur. *Praep. Evang. L. I. c. 10. IV. 16.* Quam stupendo hoc sese flagitio contaminarint *Carthaginenses*, quorum urbs condita a Phoenicibus erat, quamque Soli inprimis, sub *Baalis*, *Molochi* s. *Milcom*, *Adramelech*i, et *Anamelech*i, *Κρόν*us item, sive Saturni nominibus culto, pretiosas has obulerint hostias, erudite docuit *S. R. Dn. D. Janus*, de ἀνθρῶποθυσίας origine dissert. *I. §. 6.* et dissert. *II. §. II.* Conf. *Ericus Ostermannus* de ἀνθρῶποθυσίας. Graeci se pari vitio polluebant, quod videri potest apud *Plin. L. VIII. c. 22.* *Selden. de Ds Syris, L. I. c. 6.* conf. etiam *Pausan. in Arcad. et Acbaic. Θαγγήδεια*, Festum Apollini ac Dianae sacrum, mactatis hominibus duobus, Athenis celebrabant. *Meursii Lett. Attic. L. IV. c. 22.* *Philostrat. Vit. Apoll. L. VI. c. 10.* *Iurieu Hist. dogm. et Cult. Eccl. p. 201. 381.* Nec a Romanorum moribus nefandum eiusmodi facinus erat alienum. Vid. *Plin. L. XXVIII. c. 2.* *Tertull. Apol. c. X.* *Porphyr. περὶ ἀποχ. II. §. 56.* *Sam. Pitiscus in Curt. pag. 140.* *Μυσική θυσία* lubens praeterireo,

*Vulvere se ventris, non quo natura vocabar,
Extrahitur partus, calidis ponendus in aris.*

Mæcan. L. VI. Nec ἀναθέματα et καθάρματα, eos quippe, qui pro patria et sociis se devovebant, allego. Vid. *Dillherr. in Simia Dei, c. 12. p. 194.* Quid facer homo gentilibus fuerit, et qua ratione Neptuno quotannis hostia in mare fuerit proiectus, ex *Drusio*, *Budæo*, aliisque, demonstratum vid. apud *Filescum, de Idololatr. Mag. p.*

32. Adamabat quippe Daemon victimas humanas, semen omnium nobilissimum, quod Augustinus ex Varrone docet, Deumque stolidè imitaturus, vanae in genus humanum potestatis argumenta velut quaedam petere exinde, conabatur. *Lib. VII. de Civit. Dei. c. 5.* Gentes hac ratione decepit quam plurimas; Gallos, quod ex Diodoro constat et Strabone, qui Colossum, in hunc finem foeno contextum, instruxerant (Vid. Henr. de Rowiere *Voyage du Tour de la France p. 338. seqq.*) Thraces, Scythas, Aegyptios, (vid. Ramus de *Morib. Gallor. veter. pag. 97. 98.*) Rhodios, Salaminenses, Chios, et Tenedios, Phoenices item, aliasque plurimas, quas non attingo. Humanis sacrificiis Amerciani quam avide indulgeant, Acosta exposuit. *L. V. p. 17. 18.* Vid. Ioan. Faes *ad Gyrald. de sepel. rit. OO. p. 762.* De Molocho, aliisque, hic plura expromeremus, nisi veniret in mentem, alibi de hoc argumento fuse satis & prolixè iam tum esse expositum. Aristomenes Messenius Ichomatae Iovi macabat trecentos homines; circa Tauricam Chersonesum habitantes, hospites, ex mari ad se venientes, Dianae Tauricae sacrificabant; Lyctii, Phocenses, aliique paria fere perpetrarunt. Erechtheus Atticus, Mariusque Romanus filias Diis indignissimis iugulabant; Et Vandali mire exultabant, cum in idolorum honorem Christianos, dissectis ventribus, circa palum, admotis scuticis, agitent, donec, extractis sic sensum sensumque intestinis, expirarent. Plura vid. apud Clement. Alex. *l. c. p. 27. seqq. Voss. L. I. c. 21. p. 162. c. 35. p. 259. L. II. c. 5. p. 327. item p. 360. Euseb. l. c. p. 155. 163. Conf. Bücher-Saal P. XLVII. p. 768.*

Ἄλογόν τι et his subfuisse Sacris, nemo, opinor, negabit facile, quæ Gentilium saniorum sententias vel ipsas diligentius paullo excusserit. Ludebat Cacodaemon miseros levi quadam Messiae morituri penumbra; Expiari Deo volebant, modum ignorabant. In sacrificiis aliquid, praereliquis, se invenisse, putabat, quorum quaevis dum sufficere minime, concitabant, in homines tandem ipsos, et eos maxime qui (quod summam iis expiationis spem faciebat) ad sacrificia ipsi se sponte obrulissent, incidabant. Ritum tamen, et hic maxime nutantes, postea truculentum, inficetum, absurdum, prodigum, Diis iuxta hominibusque indignum, plurimi agnovere illum, cum pecudes saltim Diis macarentur, nedum cum homines offerrent; vitam puram amare Deos, preces apud Deum va-

Iere tantum, quantum vedigalium apud Principem valeant solutiones, Gentilium testimoniis evictum est, apud Scharrock. *l. c. pag. 648 seqq.* Innocentem nulla ratione laedendum, sub quocunque etiam praetextu id fieri videatur, naturae praecipit dictamen. Deum sanguine delictari humano, et quod in gloriam Dei ita suscipitur, homicidii vacare culpa, id tale erat, quod insipientium saltim calculo dignum et approbatione erat. Cornelio Lentulo et Licinio crasso COSS. referente Plinio, *Senatus consultum factum est, ne homo immolaretur*, et auctor insuper addit: *Non satis aestimari potest, quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere, religiosum erat.* L. XXX. c. 1. *ἔπαυσε τὸν ἱερεῖον ἡλευθεῖται ὁ Φόνος*, Clem. Alex. male sanis obiicit, *l. c. p. 27.* Pudore quasi confusi, Gentilium recentiores, non credebant amplius, sed lustrabant saltim, et, instructis ab utroque latere rogis, ut loqui amant, februebant, oscillis etiam quandoque pro capitibus humanis, quae requisiverat oraculum, substituitis, Syri etiam pro virgine cervam, Cyprum habitantes pro homine bovem admittebant. *Porphyr. L. II. περὶ ἀποχῆς. Dion. Halicarn. L. I. Antiq. Ovid. V. Fast.* Improbatur et ἀθροισμαθυσίαν Plutarchus inprimis, nullum inde Deum coli, quin potius probabile esse, existimans, neque Deos poposcisse, nec admisisse talia sacrificia. *De Oracul. defect. p. 417.* Quomodo Gentiles Christianos ex hoc capite infanticidii accusaverint, et ob rem turpissime admissam, ceu homines absurdissimos traduxerint, vid. apud Iustinum, *Apol. c. 2.* Orig. *L. IV. adv. Gels. Euseb. Hist. L. IV. c. 7.* Minut. Fel. *p. 288. seqq.* Conf. etiam Witius, in *Miscellan. Lib. II. diff. V. p. 615.* Lomcierus, de *Lustrat. Gentium, c. XXII.*

XIX.

Sacra amplecti, in quibus stoliditatis, immo magigarum etiam operationum multa se produnt indicia, ἄλογον!

Stoliditatem ritus quam plurimi in profanorum Sacris satis comprobant aperte, modo suffus omnia persequi, insimiusque rimari, liceret. Qui Augur Augurem possit absque risu intueri, sapientes Gentilium cum Catone ambigebant ipsi. Deprehenduntur quippe hic deliranti-

um

um somnia, ipso fatente Tullio, de Nat. Deor. pag. 1269. nro. 16. Ri-
tus, qui inepti nimis cuiquam, secundum naturam facienti iudicium, pos-
sunt videri, et tantum non ridiculi, asserente Scharrokio, l. c. pag. 629.
Ineptias, in sacrificiis adhiberi solitas, ubi tauros farina, capros cice-
ribus, capras frigida aqua &c. explorabant, itemque, num hostia ante
libationem immobilis faceat, et innumera alia observabant, vid. apud
Ruel. l. c. pag. 70. seqq. Clafen. P. I. pag. 11. 27. 32. 47. Natal. Com.
pag. 21. 37. seqq. Plutarch. de Isid. Osirid pag. 363. Euseb. Praep. Evang.
pag. 145. seqq. Arnob. pag. 201. seqq. Athanas. l. c. pag. 26. seqq. Lucian.
Tom. I. pag. 361. seqq. Tom. II. 120. Voss. Vol. I. pag. 292. Vol. II. 456.
Iamblich l. c. pag. 121. 598. &c. Furorem in Sacris praetereo. Vid.
Natal. Com. pag. 476. Lustrationes non attingo, adeat cui absona mi-
rari iuxta et detestari volupe, Pfannerum, l. c. pag. 345. seqq. Scharr.
pag. 632. Baieri Diss. de Aqu. Lustral. Pontif. pag. 38. 39. Mut. Pans.
pag. 26. 29. Plutarch. 38. Clafen. P. II. pag. 45. Ridicula plura essent
in Sacris his percensenda, v. g. virginem parvum, Voss. Vol. I. pag. 425.
puerum amoribus, vid. Dn. Reinhardus l. c. pag. 244. fuisse praefectos;
Venerem ab armatis mulieribus, aut viris, muliebri veste indutis,
fuisse cultam, Voss. vol. I. pag. 461. Ridicula itidem multa deprehen-
deremus, si superstitiose in hoc cultu facta et perpetrata, iam perlu-
strare vacaret: Vid. interim de Haruspibus Danh. Dram. pag. 20. 21.
Scharr. l. c. pag. 644. Kromayer. l. c. pag. 27. Thef. 27. Plutarch. Tom.
H. 432. seqq. Clafen. P. II. pag. 9. Iamblich. p. 70. seqq. Voss. vol. I. pag.
185. 1260. Cyprian. de Vanit. Idol. pag. 13. Euseb. l. c. pag. 241. alia super-
stitiosa vid. apud Celeberr. Dn. Reinhard. pag. 223. seqq. 262. seqq.
Clafen. P. I. pag. 54. Voss. Vol. I. pag. 46. Iulian. Orat. I. pag. 17. At enim ve-
ro haec aliaque, numero quam plurima, lubentes mittimus, de magia in
sacris pauca adhuc commonituri. Incantatores, quando omnia tentan-
do, nihil effecerant, adversus Daemones vi tandem utebantur, ad su-
perioris Daemonis potestatem provocando, eoque tertorem incurie-
bant Daemonibus velut vulgaribus, quando Daemonum Principis
arcanum nomen se velle enuntiare, minitsbantur; locus egregius
extat apud Lucanum, vid. Danh. Dram. pag. 39. Sacra Cereris Eleusi-
nae aliquid, quod magiam redolebat, ferebant secum. Macrob. Sa-
turnal. Lib. I. cap. 16. Apuleius de Serapidis Isisque sacris mira nar-
rat. Millef. Lib. II. Sacerdotes Gentilium multi, utpote malefici æ

magi, supplicio afficiebantur, Euseb. *l.c. Lib. IV. cap. 1.* Summus sacerdotii apex magia apud alios habetur, teste Psello, *Lib. de Daemonib.* Daemonibus παρέδρους utebantur Magi veteres, a malo Genio ἐσκυλαμένοι, et ad omne opus malum impulsī, quod ex *Iuliano Martyre* fufius monstrare annifus est *Baronius*. Vid. *Montacurii origg. Eccl. P. I. p. 182. seqq.* Πλάωνν, ἡ γοήτων ἀνδρῶν φανταστικῶν, imposturam, veneficorum hominum praestigias, hic ex instituto eloquitur *Eusebius*, *P. E. L. III. Cap. 2. pag. 133.* Homo, *Hermes* inquit, statuas ad similitudinem suam facit, in quas arte Magica Spiritus invitat, aut ipsi ad eas ultero accedunt, et hi humano generi futura praedicant. In *Asclepio*, apud *Apuleium*. Quam dominantur inter Gentiles adhuc Magicae eiusmodi artes, *Continuat. VII. des Berichts aus Tranquebar, pag. 482.* cum aliis docere potest, quod tamen nunc fufius non persequimur, otium enim nobis hic fecit *Filefacur*, eruditissime pariter ac fufe, quicquid hic disferi poterat, exhibens, *de Idol. mag. Thes. VI. pag. 36. seqq. Thes. VII. pag. 47. seqq.* Conf. et *Ioh. Gerson. Cancellar. Paris. de Errorib. circa Art. Mag. item Clafen. l. c. P. I. pag. 12. 16. Iamblich. l. c. pag. 56. seqq. item 69. Voss. Vol. I. pag. 56. 57. Euseb. Praep. Evang. pag. 200. seqq. Bornmeit. l. c. p. 7. seqq. Burnet. Archaeol. Philos. p. 346. seqq.*

* *Αλογα* haec omnia vocari merito, demonstrare multis, supervacantum foret. Prius, quod concernit, iam tum supra rationes attulimus, ex *Thef. III.* hic repetendas. Alterum ratio, modo sobria et in rimandis rei circumstantiis cauta sit, perinde facile repudiabit. Verbis quibusdam, inconditisque characteribus rem producebant, quam proferre alias vires, uti proprias agentis, ita naturae generatim excedebat, hinc adeo superius quid, potentiamque minime inermen subesse, facile apparebat. Ulterius progredientes, observantesque, mala hic dicitari facpius et proferri, a DEO bono, mente omnium purissimis, haec proficisci minime, sua sponte inveniebant. Cultui proinde summi Numinis admiscere magiam, cuius amantes coram mundo etiam supplicis afficiebantur saepe, id sane mentis non nisi emotae argumentum rectius existimantibus erat.

XX.

Sacris subscribere, in quibus iure desiderari plurima scimus, et de quorum veritate dubitandi, rationes adsunt, ἀλογον!

Varro apud Augustinum Numae institutum maximopere improbat, antiquitus tradita se retinere oportere, ferens. vid. Voss. *Lib. II. cap. I.* Nec immerito; est enim Numa hic ille, qui institutor ineptarum religionum Lactantio, *Lib. I. Divinar. Inst. cap. 22.* Tertulliano vero, is, a quo concepta curiositas superstitiosa sit, merito audit. *Apologet. cap. 25.* Emendanda velut sacra Romanorum sibi universa sumsit Tullius, cum de Nat. Deor. scriberet; repudiassent eadem plures adhuc, immo et ex vulgo reclamassent nonnulli, nisi Aegeriae cuiusdam Nymphae consilia introducta eadem, tantisper credidissent. Lact. *l. c. conf. Filefac. l. c. pag. 37.* Scaevola in sacris multa, ceu nugatoria, et civitatibus minus convenientia, prorsus repudiabat. Vid. Aug. *Lib. IV. de Civit. Dei. cap. 27.* Eadem iterum mens erat Ciceroni, *L. II. de Divinat.* auguria in primis perstringenti, cum homines corvi et corniculæ vocibus vitæ consilia moderari viderentur. Socrates animi sententiam, quam abhorreret scilicet ab hac religione, candide quidem eloquebatur; Plato contra circutæ metu sermonem de Diis varie admodum inflectebat, negantibus pariter, assentientibusque præbiturus materiam. Vid. Numen. *de Arcan. Platon.* passim; plura huc referenda dabunt Schubartus, de *Diluvio Deucalion. p. 51.* Euseb. *l. c. Lib. II. cap. 7. pag. 77.* Tot turpia Deorum curatius paulo intuentes Gentilium permulti, Deorum similes nec esse ipsi, nec tales ut sint, aliis, sanguinis gradu et iure familiaritatis adiunctis, permittere volebant. *Arnobius c. Gent. p. 223.* Equidem inviti admodum in Sacris et veterum religione mutabant quippiam Gentiles, maiorum instituta tueri, Tullius ait, *sacris ceremonisque retinendis studere, sapientis est. Lib. II. de Divinat. cap. 72.* Et ita existimantes, laudantur et alii, vid. Pufendorf, *de habit. Relig. ad R. P. Thes. 2. Ziegler. de Iurib. Mai. Lib. I. cap. 17. Thes. I.* Guilielm. Cambdenus *Rerum Anglicar. et Hybern. P. I. fol. 28.* Cum igitur, his non obstantibus, tamen

CON*

consilia de mutandis sacris iniere nonnulli, dubia, falsa, corrupta, vel nulla ratione toleranda quaedam in iis haud dabic invenerunt.

"*Άλογα* vero et haec Sacra pronuntiabant, ex aequo rem iudicantes. Conscientia dubia nihil faciendum, et in salutari, mentemque attingente sententia, nec periculum, nec mortem metuenda esse, natura ac ratio distabant; sapientes hic vero, sacris, quae mente detestabantur, intererant, naevos publice detegere detrectabant, vulgumque impie grassari patiebantur. Patet ex supra adductis, facile scivisse plurimos, Numae haec, hominisque adeo, fuisse commenta, quicquid etiam de Dea quadam Aegeria finxisset; iam vero hominis instituta in sacris sequenda per omnia non esse, ipsi optime norant, quo de *Plato in Epinomide*. conf. *Micrael. in Ethnophron*, P. III. cap. 6. pag. 12. Mut. Panf. l. c. p. 9 seqq.

XXI.

Comminisci in Sacris multa, quae Dei naturae sunt
adversa, labemque velut Divinitati minantur,
αλογος!

Multa hic comprehendimus paucis, cum de fine cogitemus, instituti ceteroquin memores, libere saltem hic quaedam ex iis, quae absque ratione in Sacris Gentilium dicta vel facta sunt, nos voluisse. Numina rusticana, Putam, Petam, Patellam, Nodutensem etc. producit iuxta, falsaeque, perstringit Arnobius; *Lib. IV. p. 124.* plura in compendio veluti vid. *ibidem Lib. V. p. 146. seqq.* DEUM in terras relegatum, inopiaque adductum, Admeti in Thessalia pecus pascentem, vid. apud Voss. l. c. p. 367. Rebus vilissimis Numina praesciebant, Scansi, Forcali, Limentini, Cardeae, Deorum nomina vel apud ipsos Gentiles cludebantur. Cyprian. *de Idololatr. v. n. r. p. 13.* Deos Puppaeum more exornatos, coronatosque, domi asservabant, vid. *Laët. Lib. II. divin. instit. cap. I.* Tertull. *de Coron. Milit. cap. 7.* Plin. *Lib. XVI. cap. 4.* Apulei. *Lib. III. Miles.* Numina sibi fingebant abiecta, nomineque Dei, quo vocentur, indignissima. Hic Deos, ex capro et homine mixtos, hic alios, Leonum, canumque vultibus terribiles, hic alios, taurorum simulacris exhibitos,

hibitos, hic item alios, crocodilorum, serpentum, belluarumque aliarum formas referentes, aliosque, alia figurarum aspicienti moventes, observare licebat, quae profanis egregie obiecit omnia *Minut. Felix in Octav. p. 260. seqq.* Conf. *Arnob. pag. 123.* Mendicantes quoque venerabantur Deos. Matrem Idaeam, a sacerdotibus quotannis, ritu circulatorio, circumferri per urbem, stipemque matris colligi, testis est *Dionys. Halicarn. Lib. II. Antiq. Rom. fol. 91.* Deae Syriae, mendicantis vicatim, *Apuleius* quoque meminit. *Lib. VIII. Metam. pag. 33.* Asino impositam a sacerdotibus Deam, et a mendicantibus sic circumvectam, *Apuleius* idem testatur. *Asin. Lib. IX.* Deos suos porro, Proteo mutabiles quovis, fingeant, religione, qua Diis tenebantur, plane propemodum eiurata. Obiicitur id ipsi Iovi, apud *Lucianum*, cum alia scilicet aliaeque subinde forma ad homines descendisset, periculum fuisse, ne quis eum, comprehensum, sacrificaret, dum taurus erat; ne quis eum artifex conficeret, et pro Iove, monile vel armilla redderetur, dum aurum erat, *Lucian. Tom. II. Θεῶν ἐκκλησία pag. 711. 72.* Plura ibi, Diis indigna, notantur. *vid. pag. 713. seqq.* Deum a teneris quomodo nutriverint, et ad adultam usque aetatem provexerint Aegyptii, exemplo quodam *Maximus Tyrius* comprobavit, *Dissert. 38.* Numero vix comprehenduntur, quae in Deorum turpitudinem et finxerunt, et egerunt saepius profani; omnia excerpere, et longum, et molestum foret, unam alterumque indice saltim digito monstramus. Deos visibiles nimirum adamabant, et inde plurima, Diis minus convenientia, admittebant. *vid. Min. Fel. pag. 95. item 315. Et. Chauvin. l. c. pag. 217. Iamblich. l. c. pag. 30. 31. 121. 132. Athanas. l. c. Voss. Vol. I. pag. 234. Vol. II. pag. 448. Cic. D. N. D. pag. 1209. nro. 46. seqq. pag. 1212. nro. 75. seqq. Bunsen. ad Arnob. pag. 35. 42. 101. seqq. Huert. l. c. pag. 102. Accedit stultitiae et illud, quod non contenti, corpora assignasse Diis, corpora quoque, naevo insigni laborantia, iisdem attribuerunt. *Vid. Min. Fel. pag. 177. seqq. Plutarch. Tom. II. pag. 357. Voss. l. c. Vol. I. pag. 657. item 544.* Deos diversi sexus *vid. apud Arnob. pag. 98. Athanas. pag. 1224. Cic. N. D. p. 1214 nro. 93. seqq. Reinhard. l. c. pag. 517. seqq. immo sexus profus ambigui, apud Voss. Vol. I. pag. 651.**

Ἄλογον denique et hoc, quicquid hic comminiscuntur, ac tale, quod hominibus in mentem venire potuisse, mireris, iure meritoque habetur. *Θεοπροπειαι*, alioquin Numinis cultum vel ipsis vocari profanis, notavimus supra; at, memores asserti, qui talia confingunt! Rebus vilioribus peculiarem praeficere Deum, & pro sexus varietate, varios admittere rerum humanarum praesides, id tale est, quod supra, cum Deorum multitudinem destrueremus, iam tum improbavimus. Deos proscriptos, fame laborantes, mendicantes, Thef. XIV, visibiles, insulse comptos, monstros similes, et naevo corporis affectos, Thef. XV, ceu vana hominum dilirantium commenta, contempsimus, pluribus enim ut iis immoremur, rei nulla difficultas urget. Quicquid in rebus suis perfectum, numerisque quibusdam absolutum, inventebant cordatiores Gentiles alii, id Deo, bene quidem et recte, attribuebant; pessimos ergo hominum conatus, qui ita depravare cultum, prodigiisque eum inquinare variis, minime dubitarunt, sunt quippe haec talia, quae Plato, siquidem narrare ea vellet, stupori audientibus fore, haud vane augurabatur, vid. Euseb. *Praep. Evang. Lib. XIII, cap. 4. pag. 652.*

Atque haec ea sint, quae libere saltem licebat ex illis, quae ἄλογα in Sacris Gentiliumprehendimus. Multo supererant plura, at exhaurire omnia, nec facultatis erat. Id tribus saltem verbis occupari debet, si qua forte contendere allubesceret nonnullis, fabulas has esse Gentilium et somnia Poëtarum, adeoque tanto veluti conatu sub rigidam nimis censuram minime vocandas. Figmenta namque tantum a nobis haecenus minime sunt recensita, qui ea, quae absque ratione in Sacris suis etiam egerunt, opereque ipso patrarunt, maxime simul omnium attendimus; exempla, si requirantur, quaesiti, suo loco dabimus. Deinceps sub involucri varia, quae ad mores, naturae mysteria, aliaque spectabant, recte a Gentilibus fuisse exhibita, id cognitum habemus dudum et exploratum, certe, nisi aliud, ex Omeisii *Erbica Mythologica*, seu Dissertatione, *de fabularum Poëticarum sensu morali*, discere illud abunde licuisset. Divinae etiam Poëseos animam fabulam agnoscimus, modumque docendi per fabulas approbatum, laudibusque summis exornatum, scimus apud Verulam, de *Augment. Scient. pag. 59.* item *Libello integro, de Sapientia Veter.* apud Thomaf. *Disp. de fabb. Poët. Thef. VII.* apud Sebast. Godofr. Starckium, in *Spe-*


cim. Sapiens. Indor. Vet. apud Gvil. Budacum, *de stud. instit. nro.* 32. Conrad. Rittershuf. *Ep. Praelim. Camer. fabulis Phaedri* praemissa. Conf. *Bignonii* (ut fertur) *explication historique des fables A.* 1713. At enim fabulas confingere, Deorum dignitati obstantes, Superos enormiter laedentes, hominumque religionem risui, quoad externa, exponentes; in gratiam rerum naturalium fingere ea, quae obscoena, et, quod primum omnium, modestiae, qua venerari Deum decebat, dum eius maiestatem infamant, adversa sunt, illud certe *ἄλογον*, moribusque saniorum minus conveniens, pronuntiari debet. Nos igitur, qui nomine Sacrorum, Sacra quaecunque, ficta etiam saepe, comprehendimus, quique Sacra non semper, qualia omnibus, sed qualia huic vel illi visa fuerint interdum, examinamus, *ἄλογα* ista, rationibus adiuti, vocare merito poteramus. Svavitatem Poëtarum somnia nocuisse, vel ipse Tullius fatetur, vulgo enim plurima, ceu minime ficta, credebantur. *l. c. pag. 1209. Nro. 24.* Ponamus, Arnobius inquit, Poëtarum haec esse figmenta; nec sic a Deorum malectractatione immunes homines temerarios esse, addit, quia Poëtarum furor non compe-scuissent: Summe imperantes maiestatem ab eiusmodi aspersis maculis vindicant; Quidni potius, in quos certe pro libidine dicere, quod placet, ius nulli mortalium datum est. Pluribus, dato forte tempore et loco, ad haec talia respondebimus; iam saltim adiri poterunt *Arnobius*, elegantissime pariter et prolixè haec obiecta refellens. *l. c. pag. 141. seqq. 146. seqq. 158. 170.* Athanas, de his itidem ex instituto sollicitus. *l. c. p. 17. seqq.* Indignas Diis sententias, ceu testimonia Theologorum, non tanquam Poëtarum figmenta, his omnibus quippe antiquiores, affert Euseb. *Praep. Evang. l. c. ult. p. 42. sqq. ir. l. II. c. 6. p. 74. Lib. III. c. 6. p. 96. e. 9. p. 100. sqq.* Deos de semetipsis dixisse ea, quae Poëtae alias, fabulisque adeo omnia tribuenda non esse, idem ostendit, *L. III. c. 14. p. 123. Conf. c. 15. p. 125.* Immo in sacris, ubi Poëtarum deliria proscripta veluti erant, tamen et ex iis quaedam, quae inter *ἄλογα* retulimus ante, inventa fuisse, *L. II. c. 8.* evincit. Nos iterum iterumque rationis sanae dictamen posthabuisse Poëtas, haec talia dicentes, iustamque denique *Clementis* querelam esse, asseveramus: οἱμοὶ τῆς ἀθεότητος, ὁμοίη ἀποποιήσατε τὸν βραχὸν καὶ τὸ θεῖον οὐκ ἴσθητε γένεσθαι, καὶ τὸ ἅγιον προσώπειος δαίμονων πεκαμωθήκατε, τὴν ἀληθῆ θεοσέθειαν δεσιδαμόνια σατυρίζαντες. *Admon. ad Gent. p. 39.*

S. D. G.

* *
*

Lege pag. 7. lin. 8. *Calcar.* pag. 11. l. penult. *ſi qua.* pag. 12. l. 4. *vertetur*
l. 7. *typographo, repromamus* ut l. 35. *Φρόνησι.* pag. 24. l. 20. *Py-*
thagoras l. 27. *Epiphanium.* pag. 29. l. 13. *relinquetur?* pag. 37. l. 31.
Florae p. 41. l. 29. *potiōra.* l. penult. *dolore.* pag. 43. l. 30. *effato.* p.
44. l. 17. *intelligentibus.* pag. 47. l. 17. *πῶς.* pag. 48. l. 16. *Claudium*
l. 33. *educandis.*






08 A 6423


Sk

R

LDIA

Hi. 75.





39.

Q. D. B. V.
Α Λ Ο Γ Α
GENTILIVM
SACRA,

DISSERTATIONE QVONDAM ACADEMICA
NOTATA,
DENVO, CVM ACCESSIONIBVS,
RECENSVIT

CHRISTOPH. HENR. ZEIBICHIVS. D.

I L E B V R G I,
IMPENSIS AC TYPIS IO. FR. BERGEMANNI, TYPOGR. SENAT.
A. R. S. clb lccc xxii.

